ABS.1.87.85



# Aphoriſmi
# HIPPOCRATIS,
## *Græce & Latine:*

JUXTA

## Optimam Editionem

THEODORI JANSSONII ab Almeloveen, Med. Doct.

*Amſtelædami impreſſam, Anno* 1685.

In uſum JUVENTUTIS ſtudioſæ.




*EDINBURGI:*

In Ædibus R. FLEMING, Sumptibus JOANNIS PATON Bibliopolæ in Area Parliamentaria.

M. DCC. XXXVI.

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND
B
AP 1937

# ἹΠΠΟΚΡΑ'ΤΟΥΣ

## 'ΑΦΟΡΙΣΜΟΙ'.

# HIPPOCRATIS

## APHORISMI.

W. J. *Junior.*

# ἹΠΠΟΚΡΆΤΟΥΣ

## ἈΦΟΡΙΣΜΩ͂Ν

### Τμῆμα πρῶτον.

### Α.

Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή. δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιεῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν.

β'. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γινομένοισιν, ἢν μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν· ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. οὕτω δὲ καὶ ἡ κενεαγγείη, ἢν μὲν οἵην δεῖ γίγνεσθαι, γίγνηται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσιν. ἢν δὲ μὴ, τοὐναντίον. ἐπιβλέπειν οὖν δεῖ καὶ χώρην, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην καὶ νούσους, ἐν ᾗσι δεῖ, ἢ οὔ.

γ'. Ἐν τοῖσι γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν. οὐ γὰρ

δύνανται

# HIPPOCRATIS

## APHORISMORUM

### Sectio Prima.

I.

Vita brevis, ars longa, occaſio celeris, experimentum periculoſum, judicium difficile. Oportet autem non modo ſe ipſum exhibere quæ oportet facientem, ſed etiam ægrum, & præſentes, & externa.

2. In perturbationibus alvi, & vomitibus ſponte evenientibus, ſiquidem, qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt: ſin minus, contrà. Sic & vaſorum evacuatio, ſi quidem, qualem fieri decet, fiat, confert, & facile ferunt: ſin minus, contrà. Reſpicere igitur oportet & regionem, & tempeſtatem, & ætatem, & morbos, in quibus convenit, aut non.

3. In exercitantibus boni habitus ad ſummum pregreſſi, periculoſi, ſi in extremo fuerint. Non enim

δύνανται μένειν ἐν τῷ αὐτέῳ, οὐδὲ ἀτρεμέειν. ἐπεὶ δ' οὐκ ἀτρεμέουσιν, οὐδέ τι δύνανται ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι, λείπεται οὖν ἐπὶ τὸ χεῖρον. τουτέων οὖν εἵνεκα τὴν εὐεξίην λύειν ξυμφέρει μὴ βραδέως, ἵνα πάλιν ἀρχὴν ἀναθρέψιος λάβῃ τὸ σῶμα. μηδὲ τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν· σφαλερὸν γάρ· ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ᾖ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, ἐς τοῦτο ἄγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ αἱ κενώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἄγουσαι, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἀναθρέψιες αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἐοῦσαι, σφαλεραί.

δ'. Αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται, καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ πάθεσι καὶ ἐν τοῖσιν, ὀξέσιν οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι δίαιται, χαλεπαί. καὶ γὰρ αἱ πληρώσιες αἱ ἐς τὸ ἔσχατον ἀφιγμέναι, χαλεπαί.

ε'. Ἐν τῇσι λεπτῇσι διαίτῃσιν ἁμαρτάνουσιν οἱ νοσέοντες· διὸ μᾶλλον βλάπτονται. πᾶν γὰρ τὸ ἁμάρτημα, ὃ ἂν γίνηται, μέγα γίνεται μᾶλλον (ἐν τῇσι λεπτῇσι) ἢ ἐν τῇσιν ὀλίγον ἁδροτέρῃσι διαίτῃσι. Διὰ τοῦτο καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι σφαλεραὶ αἱ πάνυ λεπταὶ καὶ καθεστηκυῖαι καὶ ἀκριβέες δίαιται, ὅτι τὰ ἁμαρτανόμενα χαλεπώτερον φέρουσι. Διὰ τοῦτο οὖν αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται σφαλεραὶ ἐς τὰ πλεῖστα τῶν μικρὸν ἁδροτέρων.

ς'. Ἐς

enim poſſunt in eodem manere, neque quieſcere. Cùm vero non quieſcant, neque ultra poſſint in melius proficere, reliquum igitur in deterius. Horum igitur cauſa bonum habitum ſolvere confert haud cunctanter, quò rurſus renutritionis principium ſumat corpus. Neque conſidentiæ ad extremum ducendæ: periculoſum enim: ſed qualis natura fuerit ejus qui perferet, eo uſque ducendæ. Sic & evacuationes ad extremum ducentes, periculoſæ. Et rurſus refectiones, cùm extremæ fuerint, periculoſæ.

4. Tenuis & exquiſitus victus, & in longis morbis ſemper, & in acutis, ubi non convenit, periculoſus. Et rurſus ad extremum tenuitatis progreſſus victus, difficilis. Nam & repletiones ad extremum progreſſæ, difficiles ſunt.

5. In tenui victu delinquunt ægri: ob id magis læduntur. Omne enim delictum, quod committitur, multò majus fit (in tenui) quam in paulò pleniore victu. Propterea etiam ſanis periculoſus eſt valde tenuis & conſtitutus & exquiſitus victus; quia delicta gravius ferunt. Ob hoc igitur tenuis & exquiſitus victus periculoſus magis quam paulò plenior.

6. Ad

ϛʹ. Ἐς δὲ τὰ ἔσχατα νουσήματα, αἱ ἔσχαται θεραπεῖαι ἐς ἀκριβείην κράτισται.

ζʹ. Ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νούσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. ὅκου δὲ μή, ἀλλ' ἐνδέχεται ἁδροτέρως διαιτᾶν, τοσοῦτον ὑποκαταβαίνειν, ὁκόσον ἂν ἡ νοῦσος μαλθακωτέρη τῶν ἐσχάτων ᾖ.

ηʹ. Ὁκόταν δὲ ἀκμάζῃ τὸ νούσημα, τότε καὶ τῇ λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι.

θʹ. Συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ. ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται.

ιʹ. Ὁκόσοισι μὲν οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμή, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν. ὁκόσοισι δὲ ἐς ὕστερον ἡ ἀκμή, ἐς ἐκεῖνο καὶ πρὸ ἐκείνου μικρὸν ἀφαιρετέον. ἔμπροσθεν δὲ πιωτέρως διαιτᾶν, ὡς ἂν ἐξαρκέσῃ ὁ νοσέων.

ιαʹ. Ἐν δὲ τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρὴ τὸ προστιθέναι γὰρ βλάβη. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή.

ιβʹ. Τοὺς δὲ παροξυσμοὺς καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἐπιδόσιες, ἤν τε καθ' ἡμέρην, ἢν

6. Ad extremos morbos, extrema remedia exquiſitè optima.

7. Ubi igitur peracutus eſt morbus, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt. Ubi vero non, ſed plenius cibare licet, tantum *à tenui* recedendum, quantum morbus remiſſior extremis fuerit.

8. Cùm morbus in vigore fuerit, tunc vel tenuiſſimo victu uti neceſſe eſt.

9. Conſiderare oportet etiam ægrotantem, num ad morbi vigorem victu ſufficiet, & an priùs ille deficiet, & victu non ſufficiet, vel morbus priùs deficiet & obtundetur.

10. Quibus igitur ſtatim vigor adeſt, ſtatim tenuiter alendi. Quibus vero in poſterum vigor, his ad illud & paulò ante illud *tempus* ſubtrahendum. Antea vero uberius alendum, ut ſufficiat æger.

11. In exacerbationibus *cibum* ſubtrahere oportet. Exhibere enim noxium eſt. Et quæcunque per circuitus exacerbantur, in exacerbationibus ſubtrahere oportet.

12. Exacerbationes autem & conſtitutiones indicabunt morbi, & anni tempora, & periodorum ad invicem *collata* incrementa, ſive quotidie, ſive

τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται. ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ἐπιφαινομένοισιν, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον, ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ.

ιγ'. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι. δεύτερον, οἱ καθεστηκότες. ἥκιστα, μειράκια. πάντων δὲ μάλιστα, παιδία. τούτων δὲ αὐτέων, ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα.

ιδ'. Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμὸν, πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς. εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δὲ ὀλίγον τὸ θερμόν· Διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται· ὑπὸ πολλῶν γὰρ ἀποσβέννυται. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες· ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα.

ιε'. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πλεῖον ἔχουσι· τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. σημεῖον, αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί.

ιϛ'. Αἱ ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι

ξυμφέ-

alternis diebus, ſive longiore fiant tempore. Sed etiam iis quæ *mox* apparent *eadem indicantur*, velut in pleuriticis ſputum, ſi ſtatim appareat veniente *morbo*, abbreviat: ſi verò poſtea appareat, producit. Et urinæ, & alvi excrementa, & ſudores, cùm apparent, vel judicatu faciles, vel difficiles, vel breves, vel longos morbos *fore* indicant.

13. Senes facillime jejunium ferunt, ſecundò ætate conſiſtentes. Minimè adoleſcentes. Omnium minime pueri: ex his autem, qui inter ipſos ſunt alacriores.

14. Quæ creſcunt, plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: ſin minus, corpus conſumitur. Senibus autem paucus calor: propterea paucis fomitibus indigent, multis enim extinguitur. Idcirco etiam febres ſenibus non ſimiliter acutæ. Frigidum enim eſt corpus.

15. Ventres hyeme & vere natura ſunt calidiſſimi, & ſomni longiſſimi. In his igitur temporibus etiam alimenta plura exhibenda. Innatum enim calorem majorem habent. Nutrimento igitur copioſiore indigent. Indicium ſunt, ætates & athletæ.

16. Victus humidus febricitantibus omnibus con-

ξυμφέρουσι· μάλιστα δὲ παιδίοισι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.

ιζ'. Καὶ οἷσιν ἅπαξ, ἢ δὶς, καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος. δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

ιή. Θέρεος, καὶ φθινοπώρου, σιτία δυσφορώτατα φέρουσι· χειμῶνος, ῥήϊστα· ἦρος, δεύτερον.

ιθ'. Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι, μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων, πρὸ τῶν κρισίων.

κ'. Τὰ κρινόμενα, καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν μήτε φαρμακείῃσι, μήτ' ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ' ἐᾷν.

κά. Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων.

κβ'. Πέπονα φαρμακεύειν, καὶ κινέειν, μὴ ὠμὰ, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, ἢν μὴ ὀργᾷ. τὰ δὲ πλεῖστα οὐκ ὀργᾷ.

κγ'. Τὰ χωρέοντα μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἂν χωρέῃ οἷα δεῖ, καὶ φέρει εὐφόρως. καὶ ὅκου δεῖ μέχρι λειποθυμίης ἄγειν, καὶ τοῦτο ποιέειν, ἢν ἐξαρκέῃ ὁ νοσέων.

κδ'. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσιν ὀλιγάκις, καὶ ἐν ἀρχῇσι, τῇσι φαρμακείῃσι χρέεσθαι, καὶ τοῦτο προεξευκρινήσαντας ποιέειν.

κέ. Ἢν

fert, maximè verò pueris, & aliis tali victu uti conſuetis.

17. Et quibus ſemel aut bis, & plura vel pauciora, & per partes *offerri conducat, videndum.* Concedendum autem aliquid & conſuetudini, & tempeſtati, & regioni, & ætati.

18. Æſtate & autumno cibos difficillimè ferunt: hyeme facillimè, deinde vere.

19. His qui per circuitus exacerbantur, nihil dare *oportet*, neque cogere, ſed auferre de appoſitionibus ante judicationes.

20. Quæ judicantur & judicata ſunt perfectè, neque movere *oportet*, neque innovare, ſive purgantibus, ſive aliis irritamentis, ſed ſinere.

21. Quæ ducere oportet, quò maximè vergant, eò ducenda, per loca convenientia.

22. Concocta purgare & movere *oportet*, non cruda, neque in principiis, niſi turgeant. Plurima verò non turgent.

23. Quæ prodeunt non copiâ ſunt æſtimanda, ſed ſi prodeant, qualia oportet, & facilè ferat. Et ubi ad animi deliquium ducere oportet, hoc etiam faciendum, ſi æger ſufficiat.

24. In acutis affectionibus raro, & in principiis, purgante utendum, atque hoc diligenti priùs adhibita cautione faciendum.

25. Si

κέ. Ἢν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε, καὶ εὐφόρως φέρουσι. τὰ δ' ἐναντία, δυσχερῶς.

---

## Τμῆμα δεύτερον.

### Α'.

ἈΝ ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον. ἢν δὲ ὕπνος ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον.

β'. Ὅκου παραφροσύνην ὕπνος παύῃ, ἀγαθόν.

γ'. Ὕπνος ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

δ'. Οὐ πλησμονὴ, οὐ λιμὸς, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἀγαθὸν, ὅ, τι ἂν μᾶλλον τῆς φύσιος ᾖ.

έ. Κόποι αὐτόματοι φράζουσι νούσους.

ς'. Ὁκόσοι πονέοντές τι τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τῶν πόνων οὐκ αἰσθάνονται, τουτέοισιν ἡ γνώμη νοσέει.

ζ'. Τὰ ἐν πολλῷ χρόνῳ λεπτυνόμενα σώματα, νωθρῶς ἐπανατρέφειν δεῖ· τὰ δὲ ἐν ὀλίγῳ, ὀλίγως.

ή. Ἢν ἐκ νούσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, σημαίνει, ὅτι πλείονι τροφῇ τὸ σῶμα χρέεται· ἢν δὲ, τροφὴν μὴ λαμβάνοντος, τοῦτο γίγνηται, χρὴ εἰδέναι, ὅτι κενώσιος δέεται.

θ'. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν.

ί. Τὰ

25. Si, qualia purgari oportet, purgentur, confert & facile ferunt: ſi verò contraria, difficulter.

---

## Sectio Secunda.

### I.

QUo in morbo ſomnus laborem facit, lethale: ſi verò ſomnus juvet, non eſt lethale.

2. Ubi ſomnus delirium ſedat, bonum.

3. Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, malum.

4. Non ſatietas, non fames, neque aliud quicquam bonum eſt, quod naturæ modum excedat.

5. Spontaneæ laſſitudines morbos denuntiant.

6. Quicunque aliqua corporis parte dolentes, dolorem ferè non ſentiunt, his mens ægrotat.

7. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet: quæ verò brevi, celeriter.

8. Si à morbo cibum quis capiens non roboretur, indicat corpus uberiori alimento uti. Si verò cibum non capienti hoc eveniat, evacuatione opus habere, noſſe oportet.

9. Corpora ubi quis purgare voluerit, facilè fluentia reddere oportet.

ί. Τὰ μὴ καθαρὰ τῶν σωμάτων, ὁκόσον ἂν θρέψῃς, μᾶλλον βλάψεις.

ιά. Ῥᾷον πληροῦσθαι ποτοῦ, ἢ σιτίου.

ιβ΄. Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισι μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν.

ιγ΄. Ὁκόσοισι κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος, περὶ τοῦ παροξυσμοῦ· ἡ δὲ ἐπιοῦσα εὐφορωτέρη ὡς ἐπιτοπολύ.

ιδ΄. Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφέλουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ.

ιέ. Ὅκου φάρυγξ νοσέει, ἢ φύματα ἐν τῷ σώματι ἐκφύεται, σκέπτεσθαι χρὴ τὰς ἐκκρίσιας· ἢν γὰρ χολώδεες ἔωσι, τὸ σῶμα ξυννοσέει· ἢν δὲ ὅμοιαι τοῖσιν ὑγιαίνουσι γίγνωνται, ἀσφαλὲς τὸ σῶμα τρέφειν.

ις΄. Ὅκου λιμὸς, οὐ δεῖ πονέειν.

ιζ΄. Ὅκου ἂν τροφὴ παρὰ φύσιν πλείων ἐσέλθῃ, τοῦτο νοῦσον ποιέει. δηλοῖ δὲ ἡ ἴησις.

ιή. Τῶν τρεφόντων ἀθρόως καὶ ταχέως, ταχεῖαι καὶ αἱ διαχωρήσιες γίγνονται.

ιθ΄. Τῶν ὀξέων νουσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης.

κ΄. Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσι ξηραίνονται· ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισιν ὑγραίνονται.

κά. Λι-

10. Impura corpora, quò magis nutriveris, eò magis lædes.

11. Facilius eſt repleri potu, quàm cibo.

12. Quæ in morbis poſt criſim relinquuntur, recidivas facere ſolent.

13. Quibus criſis fit, his nox ante exacerbationem gravis eſt: Subſequens verò levior plerumque.

14. In alvi profluviis mutationes excrementorum juvant, niſi in prava mutentur.

15. Ubi fauces ægrotant, aut tubercula in corpore exoriuntur, excretiones inſpicere oportet: Si enim bilioſæ fuerint, corpus unà ægrotat: Si verò ſimiles ſanis fiant, tutum eſt corpus nutrire.

16. Ubi fames, non oportet laborare.

17. Ubi cibus præter naturam copioſior ingreſſus fuerit, id morbum facit. Oſtendit autem ſanatio.

18. Eorum quæ confertim & celeriter nutriunt, celeres etiam fiunt egeſtiones.

19. Acutorum morborum non omninò tutæ ſunt prædictiones, neque mortis, neque ſanitatis.

20. Quibus, dum ſunt juvenes, alvi ſunt humidæ, iis ſeneſcentibus ſiccantur. Quibus verò, dùm ſunt juvenes, alvi ſunt ſiccæ, his ſeneſcentibus humectantur.

κά. Λιμὸν θώρηξις λύει.

κβ'. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νουσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή· καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις.

κγ'. Τὰ ὀξέα τῶν νουσημάτων κρίνεται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι.

κδ'. Τῶν ἑπτὰ ἡ τετάρτη ἐπίδηλος. ἑτέρης ἑβδομάδος ἡ ὀγδόη ἀρχή. θεωρητὴ δὲ ἡ ἑνδεκάτη· αὕτη γὰρ ἐστι τετάρτη τῆς ἑτέρης ἑβδομάδος. θεωρητὴ δὲ πάλιν ἡ ἑπτακαιδεκάτη. αὕτη γὰρ ἐστι τετάρτη μὲν ἀπὸ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης· ἑβδόμη δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης.

κέ. Οἱ θερινοὶ τεταρταῖοι τὰ πολλὰ γίνονται βραχέες. οἱ δὲ φθινοπωρινοὶ μακροὶ, καὶ μάλιστα οἱ πρὸς τὸν χειμῶνα συνάπτοντες.

κϛ'. Πυρετὸν ἐπὶ σπασμῷ. βέλτιον γενέσθαι, ἢ σπασμὸν ἐπὶ πυρετῷ.

κζ'. Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν, οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως. τὰ γὰρ πολλὰ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἀβέβαια, καὶ οὐ πάνυ τι διαμένειν, οὐδὲ χρονίζειν εἴωθε.

κη'. Τῶν πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως, τὸ διαμένειν καὶ μηδὲν ἐνδιδόναι τὸ σῶμα, ἢ καὶ συντή-

21. Famem vini potio ſolvit.

22. A repletione quicunque fiunt morbi, evacuatio ſanat. Et quicunque ab evacuatione, repletio: Et aliorum contrarietas *ſanat.*

23. Acuti morbi in quatuordecim diebus judicantur.

24. Septimorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octavus eſt initium. Notandus verò undecimus: is enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Notandus rurſum decimus ſeptimus: hic enim eſt quartus quidem à decimo quarto, ſeptimus verò ab undecimo.

25. Quartanæ æſtivæ plerumque fiunt breves: autumnales verò longæ, & maximè quæ prope hyemem incidunt.

26. Febrem convulſioni ſupervenire melius eſt, quàm convulſionem febri.

27. His, quæ non ſecundum rationem levant, credere non oportet, neque timere valdè quæ præter rationem fiunt prava. Multa enim horum ſunt inconſtantia, nec admodum permanere, neque durare ſolent.

28. Febricitantium non omninò leviter, permanere, & nihil remittere corpus, aut etiam magis quàm pro ratione colliqueſieri malum eſt. Il-

συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νούσου σημαίνει, τὸ δὲ ἀσθένειαν.

κθ'. Ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκῇ κινέειν, κίνει· ἀκμαζουσῶν δὲ, ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστι.

λ'. Περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς, ἰσχυρότερα.

λα'. Τῷ ἐξ ἀῤῥωστίης εὐσιτέοντι, μηδὲν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, μοχθηρόν.

λβ'. Ὡς τὰ πολλὰ πάντες οἱ φαύλως ἔχοντες, κατ' ἀρχὰς μὲν εὐσιτέοντες, καὶ μηδὲν ἐπιδιδόντες, πρὸς τῷ τέλει πάλιν ἀσιτέουσιν· οἱ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀσιτέοντες, ἰσχυρῶς, ὕστερον δὲ εὐσιτέοντες, βέλτιον ἀπαλλάσσουσιν.

λγ'. Ἐν πάσῃ νούσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν· τὸ δὲ ἐναντίον, κακόν.

λδ'. Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων.

λε'. Ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι, τὰ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, καὶ τὸ ἦτρον, πάχος ἔχειν, βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκὸς, μοχθηρόν. ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτον, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας.

λς'. Οἱ

lud enim morbi longitudinem indicat, hoc verò infirmitatem.

29. Incipientibus morbis, ſi quid movendum videatur, move: vigentibus verò, quieſcere melius eſt.

30. Circa principia & fines omnia ſunt debiliora. Circa vigores verò vehementiora.

31. A morbo bellè comedenti, nihil proficere corpus, malum eſt.

32. Ut plurimum omnes qui malè habent, circa principia quidem benè comedentes, & nihil proficientes, ad finem rurſus cibum non appetunt. Qui verò circa initia quidem cibum omninò non appetunt, poſteà autem benè appetunt, meliùs liberantur.

33. In omni morbo mente valere, & bene ſe habere ad ea quæ offeruntur, bonum eſt: contrarium verò, malum.

34. In morbis minùs periclitantur, quorum naturæ, & ætati, & habitui, & tempori magis ſimilis fuerit morbus, quàm *in* quibus horum nulli *fuerit* ſimilis.

35. In omnibus morbis, quæ *partes* ad umbilicum & imum ventrem *ſunt*, craſſitudinem habere, melius eſt. Valdè autem tenues & eliquatas *ipſas habere*, malum. Periculoſum verò illud eſt, etiam ad infernas purgationes.

36. Qui

λϛʹ. Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὰ σώματα, ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι ἐκλύονται ταχέως, καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρεώμενοι.

λζʹ. Οἱ εὖ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες.

λή. Τὸ σμικρῷ χεῖρον, καὶ πόμα, καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον.

λθʹ. Οἱ πρεσβῦται τῶν νέων τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον. ὅσα δ᾽ ἂν αὐτέοισι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

μʹ. Βράγχοι, καὶ κόρυζαι, τοῖσι σφόδρα πρεσβύτῃσιν οὐ πεπαίνονται.

μαʹ. Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς, ἄνευ φανερῆς προφάσιος, ἐξαπίνης τελευτῶσι.

μβʹ. Λύειν ἀποπληξίην, ἰσχυρὴν μὲν, ἀδύνατον· ἀσθενέα δὲ, οὐ ῥηΐδιον.

μγʹ. Τῶν ἀπαγχομένων, καὶ καταλυομένων, μηδέπω δὲ τεθνηκότων, οὐκ ἀναφέρουσιν, οἷσιν ἂν ἀφρὸς ᾖ περὶ τὸ στόμα.

μδʹ. Οἱ παχέες σφόδρα κατὰ φύσιν, ταχυθάνατοι γίγνονται μᾶλλον τῶν ἰσχνῶν.

μέ. Τῶν ἐπιληπτικῶν τοῖσι νέοισιν ἀπαλλαγὴν αἱ μεταβολαὶ, μάλιστα τῆς ἡλικίης, καὶ τῶν χωρέων, καὶ τῶν βίων, ποιέουσι.

μϛʹ Δύο

36. Qui ſana habent corpora, pharmacis purgati citò exſolvuntur, *ut* & qui pravo utuntur cibo.

37. Qui benè valent corpore, purgatu ſunt difficiles.

38. Paulò deterior, & potus, & cibus, jucundior autem, eligendus potiùs, quàm meliores quidem, ſed ingratiores.

39. Senes ut plurimùm quidem juvenibus minùs ægrotant. Quicunque verò ipſis morbi fiunt diuturni, plerumque commoriuntur.

40. Raucedines & gravedines, *in* valdè ſenibus non coquuntur.

41. Qui ſæpè & vehementer, abſque manifeſtâ causâ, animo linquuntur, ex improviſo moriuntur.

42. Solvere apoplexiam, vehementem quidem, impoſſibile: debilem verò, non facile.

43. Ex iis, qui ſtrangulantur, & reſolvuntur, nondum autem ſunt mortui, non ſe recolligunt, quibus ſpuma circa os fuerit.

44. Qui naturâ ſunt valdè craſſi, magis ſubitò moriuntur, quàm graciles.

45. Epilepticis pueris, mutationes, maximè ætatis, & regionum, & vitarum liberationem faciunt.

μς'. Δύο πόνων ἅμα γινομένων, μὴ κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον, ὁ σφοδρότερος ἀμαυροῖ τὸν ἕτερον.

μζ'. Περὶ τὰς γενέσιας τοῦ πύου, οἱ πόνοι, καὶ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνουσι μᾶλλον, ἢ γενομένου.

μη'. Ἐν πάσῃ κινήσει τοῦ σώματος, ὁκόταν ἄρχηται πονέειν, τὸ διαναπαύειν εὐθὺς ἄκοπον.

μθ'. Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνήθεας πόνους φέρειν, κἢν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων, ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσι.

ν'. Τὰ ἐκ πολλοῦ χρόνου συνήθεα, κἢν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. δεῖ οὖν καὶ ἐς τὰ ἀσυνήθεα μεταβάλλειν.

να'. Τὸ κατὰ πολὺ, καὶ ἐξαπίνης, κενοῦν, ἢ πληροῦν, ἢ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ἄλλως ὁκωσοῦν τὸ σῶμα κινεῖν, σφαλερόν. καὶ γὰρ πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές· καὶ ἄλλως, ἢν καὶ τις ἐξ ἑτέρου ἐφ' ἕτερον μεταβαίνῃ.

νβ'. Πάντα κατὰ λόγον ποιέοντι, καὶ μὴ γινομένων τῶν κατὰ λόγον, μὴ μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον, μένοντος τοῦ δόξαντος ἐξ ἀρχῆς.

νγ'. Ὁκόσοι τὰς κοιλίας ὑγρὰς ἔχουσι, νέοι μὲν ὄντες βέλτιον ἀπαλλάσσουσι τῶν τὰς ξηρὰς ἐχόντων. ἐς δὲ τὸ γῆρας, χεῖρον ἀπαλλάσσουσι·

ξηρα-

46. Duobus doloribus ſimul obortis, non in eodem loco, vehementior obſcurat alterum.

47. Circa puris generationes, dolores, & febres magis accidunt, quàm *ipſo* facto.

48. In omni corporis motu, quando dolere cœperit, interquieſcere ſtatim laſſitudinem curat.

49. Conſueti ſolitos labores ferre, etiamſi fuerint debiles aut ſenes, inſuetis, robuſtis *licet* & juvenibus, faciliùs ferunt.

50. A multo tempòre conſueta, etiamſi fuerint deteriora, inſuetis minùs turbare ſolent. Oportet igitur etiam ad inſolita mutare.

51. Multùm, & derepentè, evacuare, aut replere, aut calefacere, aut frigefacere, aut aliter quocunque modo corpus movere, periculoſum eſt. Nam etiam omne multum ( i. e. *nimium* ) naturæ eſt inimicum. Quod verò paulatim *fit*, tutum eſt : tum aliàs, tùm ſi quis ex altero ad alterum tranſeat.

52. Omnia ſecundum rationem facienti, & non ſecundum rationem evenientibus, non tranſeundum ad aliud, manente *eo*, quod viſum eſt ab initio.

53. Quicunque alvos habent humidas, dum quidem juvenes ſunt, meliùs liberantur his, qui

ξηραίνονται γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῖσιν ἀπογηράσκουσι.

νδʹ. Μεγέθει δὲ σώματος ἐννεάσαι μὲν, ἐλευθέριον καὶ οὐκ ἀηδές· ἐγγηράσαι δὲ, δύσχρηστον, καὶ χεῖρον τῶν ἐλασσόνων.

---

## Τμῆμα τρίτον.

### Αʹ.

ΑΙ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων, μάλιστα τίκτουσι νοσήματα· καὶ ἐν τῇσιν ὥρῃσιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, ἢ ψύξιος, ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον οὕτως.

βʹ. Τῶν φυσίων, αἱ μὲν πρὸς θέρος, αἱ δὲ πρὸς χειμῶνα, εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι.

γʹ. Τῶν νούσων ἄλλαι πρὸς ἄλλας εὖ ἢ κακῶς πεφύκασι· καὶ ἡλικίαι τινὲς πρὸς ὥρας, καὶ χώρας, καὶ διαίτας.

δʹ. Ἐν τῇσιν ὥρῃσιν, ὅταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψύχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νουσήματα προσδέχεσθαι χρή.

εʹ. Νότοι βαρυήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ, διαλυτικοί. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι πάσχουσιν. ἢν δὲ βόρειον ᾖ, βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρι-

κώδεες,

ſiccas habent. Ad ſenectutem verò, pejùs liberantur: ſiccantur enim ut plurimùm ſeneſcentibus.

54. Procero corpore juventutem quidem degere liberale eſt, nec deforme: inſeneſcere verò, incommodum, & parvis deterius.

---

## Sectio Tertia.

### I.

MUtationes *anni* temporum, maximè pariunt morbos: & in ipſis temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione eodem modo.

2. Naturarum, aliæ quædam ad æſtatem, aliæ verò ad hyemem, benè aut malè ſunt conſtitutæ.

3. Morborum alii ad alia *tempora* benè, aut malè ſe habent: & ætates quædam ad tempora, & regiones, & victus.

4. In temporibus, quando eâdem die, modò calor, modò frigus fit, autumnales morbos exſpectare oportet.

5. Auſtri auditum gravantes, caliginoſi, caput gravantes, ſegnes, diſſolventes. Quum hic dominatum tenuerit, talia in morbis patiuntur. Si verò aquilonium fuerit *anni tempus*, tuſſes, fauces *aſperæ*,

κώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή.

ϛʹ. Ὁκόταν θέρος γίνηται ἦρι ὅμοιον, ἱδρῶτας ἐν τοῖσι πυρετοῖσι πολλοὺς προσδέχεσθαι χρή.

ζʹ. Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι πυρετοὶ ὀξέες γίγνονται. καὶ, ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν, ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ τὰ νουσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι.

ηʹ. Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες, καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίγνονται· ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν, ἀκατάστατοι, καὶ δύσκριτοι.

θʹ. Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται αἱ νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν· ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

ιʹ. Τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν.

ιαʹ. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τοῦ θέρεος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίγνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας.

ιβʹ. Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν, καὶ ἔπομβρος, καὶ εὔδιος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες, ἧσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν· αἱ δ' ἂν τέ-

κωσιν,

*ſpera*, alvi duræ, urinæ difficultates, horrores, dolores coſtarum, pectorum. Quum hic dominatus fuerit, talia in morbis exſpectare oportet.

6. Quum æſtas ſit veri ſimilis, ſudores in febribus multos exſpectare oportet.

7. In ſiccitatibus febres acutæ fiunt. Et, ſi quidem annus pro majori parte talis fuerit, qualem fecit conſtitutionem, ut plurimùm etiam tales morbos exſpectare oportet.

8. In conſtantibus temporibus, ſi tempeſtivè tempeſtiva reddantur, conſtantes, & judicatu faciles fiunt morbi: in inconſtantibus autem, inconſtantes, & difficiles judicatu.

9. In autumno morbi acutiſſimi, & pernitioſiſſimi omnino: ver autem ſaluberrimum, & minimè exitiale.

10. Autumnus tabidis malus.

11. De temporibus, ſi quidem hyems ſicca & aquilonia fuerit, ver autem pluvioſum & auſtrale, æſtate neceſſe eſt febres acutas fieri, & opthalmias, & dyſenterias, maximè autem mulieribus, & viris naturâ humidis.

12. Si verò hyems auſtralis, & pluvioſa, & tranquilla ſit, ver autem ſiccum & aquilonium, mulieres quidem, quibus partus in ver *incidit*, ex omni occaſione abortiunt: quæ verò peperint, infirmos

κωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. τοῖσι δὲ ἄλλοισι βροτοῖσι δυσεντερίαι, καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίγνονται· τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάῤῥοι συντόμως ἀπολλύντες.

ιγ΄. Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον, κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίγνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι· ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες.

ιδ΄. Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας, καὶ τῇσι γυναιξὶ, ξύμφορον· τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ, καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ κόρυζαι (χρόνιαι·) ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι.

ιε΄. Τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ μὲν ὅλον, οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβριῶν εἰσιν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες.

ιϛ΄. Νουσήματα δὲ ἐν μὲν τῇσιν ἐπομβρίῃσιν ὡς τὰ πολλὰ γίνεται, πυρετοί τε μακροὶ, καὶ κοιλίης ῥύσιες, καὶ σηπεδόνες, καὶ ἐπίληπτοι, καὶ ἀπόπληκτοι, καὶ κυνάγχαι. ἐν δὲ τοῖσιν αὐχμοῖσι, φθινώδεες, ὀφθαλμίαι, ἀρθρίτιδες, στραγγουρίαι, καὶ δυσεντερίαι.

ιζ΄. Αἱ δὲ καθ' ἡμέρην καταστάσιες, αἱ μὲν βόρειοι, τά τε σώματα ξυνιστῶσι, καὶ εὔτονα, καὶ εὐκίνητα, καὶ εὔχροα, καὶ εὐηκοώτερα ποιέουσι, καὶ τὰς κοιλίας ξηραίνουσι, καὶ τὰ ὄμματα δάκνουσι, καὶ περὶ τὸν θώρηκα

θώρηκα

firmos & morboſos pariunt pueros, ita ut vel ſtatim *illi* pereant, vel tenues & morboſi vivant. Cæteris verò mortalibus dyſenteriæ, & ophthalmiæ ſiccæ fiunt: ſenioribus autem catarrhi brevi perimentes.

13. Si verò æſtas ſicca & aquilonia fiat, autumnus autem pluvioſus & auſtralis, capitis dolores ad hyemem fiunt; & tuſſes, & raucedines, & gravedines; quibuſdam verò etiam tabes.

14. Si verò aquilonius & ſine pluviis *autumnus* fuerit, iis quidem qui naturâ ſunt humidi, & mulieribus, commodus *erit*: reliquis verò erunt ophthalmiæ ſiccæ, & febres acutæ, & gravedines (diuturnæ:) nonnullis verò etiam melancholiæ.

15. Ex anni verò conſtitutionibus, in univerſum quidem, ſiccitates pluvioſis ſunt ſalubriores, & minùs lethales.

16. Morbi autem, in pluvioſis quidem plerumque fiunt, & febres longæ, & alvi fluxiones, & putredines, & epileptici, & apoplectici & anginæ. In ſiccitatibus verò, tabidi, ophthalmiæ, arthritides, urinæ ſtillicidia, & dyſenteriæ.

17. Quotidianæ autem conſtitutiones, aquiloniæ quidem, corpora compingunt, & robuſta, & facilè mobilia & benè colorata, & meliùs audientia faciunt, & alvos ſiccant, & oculos mordent, & dolorem

θώρηκα ἄλγημα, ἤν τι προϋπάρχῃ, μᾶλλον ποιέουσιν. αἱ δὲ νότιοι διαλύουσι τὰ σώματα, καὶ ὑγραίνουσι, καὶ βαρυηκοΐας, καὶ καρηβαρίας ποιέουσι, καὶ ἰλίγγους ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι, καὶ τοῖσι σώμασι δυσκινησίην, καὶ τὰς κοιλίας ὑγραίνουσι.

ιή. Κατὰ δὲ τὰς ὥρας, τοῦ μὲν ἦρος, καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος, οἱ παῖδες, καὶ οἱ τουτέων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν, ἄριστά τε διάγουσι, καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα. τοῦ δὲ θέρεος, καὶ τοῦ φθινοπώρου μέχρι μέν τινος, οἱ γέροντες. τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ φθινοπώρου, καὶ τοῦ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσι.

ιθ'. Νουσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται, μᾶλλον δ' ἔνια κατ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται, καὶ παροξύνεται.

κ'. Τοῦ μὲν γὰρ ἦρος, τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι, καὶ βῆχες, καὶ λέπραι, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά.

κα'. Τοῦ δὲ θέρεος, ἔνιά τε τουτέων, καὶ πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πλεῖστοι, καὶ τεταρταῖοι, καὶ ἔμετοι, καὶ διάρροιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἵδρωα.

κβ'. Τοῦ δὲ φθινοπώρου, καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολ-

lorem circa thoracem, ſi quis præexiſtat, majorem faciunt. Auſtrinæ verò, corpora diſſolvunt, & humectant, & auditus graves, & capitis gravitates faciunt, & vertigines in oculis, & corporibus motum difficilem, & alvos humectant.

18. Secundum tempora autem, vere quidem, & primâ æſtate, pueri, & his ætate proximi, optimè degunt, & maximè ſani ſunt. Æſtate verò, & autumno ad aliquam quidem partem, ſenes. Reliquo autem autumno, & hyeme, qui medii ſunt ætate.

19. Morbi autem omnes quidem in omnibus temporibus fiunt: nonnulli verò in quibuſdam ipſorum magis & fiunt, & exacerbantur.

20. Nam verè quidem, inſaniæ, & melancholiæ, & epilepſiæ, & ſanguinis fluxiones, & anginæ, & gravedines, & raucedines, & tuſſes, & lepræ, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ ulceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores.

21. Æſtate verò, & horum nonnulli, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ plurimæ, & quartanæ, & vomitus, & alvi fluxus, & opthalmiæ, & aurium dolores, & oris exulcerationes, & pudendorum putredines, & ſudamina.

22. Autumno autem, & multi ex æſtivis, & febres

λὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, ὕδρωπες, καὶ φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ ἰσχιάδες, καὶ κυνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά.

κγ'. Τοῦ δὲ χειμῶνος, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, κόρυζαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, καὶ πλευρέων, καὶ ὀσφύος, καὶ κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι.

κδ'. Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε ξυμβαίνει· τοῖσι μὲν σμικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν, ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες.

κέ. Πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν, οὔλων ὀδαξισμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάρροιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων, καὶ τοῖσι σκληρὰς τὰς κοιλίας ἔχουσι.

κς'. Πρεσβυτέροισι δὲ γενομένοισι, παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ τὸ ἰνίον εἴσω ὤσιες, ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριασμοὶ, (στραγγουρίαι) χοιράδες, καὶ τἄλλα φύματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

κζ'. Τοῖσι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, τουτέων τε τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες.

κή. Τὰ

febres quartanæ, & erroneæ, & lienes, & hydropes, & tabes, & urinæ ſtillicidia, & lienteriæ, & dyſenteriæ, & coxæ *dolores*, & anginæ, & aſthmata, & volvuli, & epilepſiæ, & inſaniæ, & melancholiæ.

23. Hyeme verò, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucedines, tuſſes, dolores pectorum, & laterum, & lumborum, & capitis dolores, vertigines, apoplexiæ.

24. In Æstatibus autem talia eveniunt. Parvis quidem & recèns natis pueris, aphthæ, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pavores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

25. Ad dentitionem verò, accedentibus, gingivarum pruritus, febres, convulſiones, alvi profluvia, & maximè ubi caninos dentes producunt, & iis qui inter pueros ſunt craſſiſſimi, & qui alvos duras habent.

26. Iis autem qui ætate ſunt majores, tonſillæ *inflammatæ*, verticuli in occipitio introrſum extruſiones, aſthmata, calculorum generationes, lumbrici rotundi, aſcarides, verrucæ penſiles, ſatyriaſmi, (ſtranguriæ,) ſtrumæ, & alia tubercula, maximè verò ſupra dicta.

27. Ætate verò adhuc provectioribus, & ad pubertatem accedentibus, & multa ex illis, & febres diuturnæ magis, & ex naribus ſanguinis fluxiones.

κή. Τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι· τὰ δὲ, ἐν ἑπτὰ μησί· τὰ δὲ, ἐν ἑπτὰ ἔτεσι· τὰ δὲ, πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθε.

κθ'. Τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν, αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ προειρημένα.

λ'. Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι χρόνιαι, χολέραι, δυσεντερίαι, λειεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες.

λά. Τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος ὅλου, ἀγρυπνίαι, κοιλίης, καὶ ὀφθαλμῶν, καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.

---

## Τμῆμα τέταρτον.

### Α'.

ΤΑ'ς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· ἧσσον δὲ ταύτας.

28. Plurimæ quidem affectiones pueris judicantur, aliæ in quadraginta diebus: aliæ in ſeptem menſibus: aliæ in ſeptem annis: aliæ *ipſis* ad pubertatem accedentibus. Quæ verò pueris permanſerint, neque ſolutæ fuerint circa pubertatem, aut fœminis circa menſtruorum eruptiones, perſeverare ſolent.

29. Juvenibus autem, ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, epilepſiæ, & alii morbi, maximè verò ſuprà nominati.

30. Ultra hanc ætatem verò *progreſſis*, aſthmata, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, phrenitides, febres ardentes, alvi profluvia diuturna, choleræ, dyſenteriæ, lienteriæ, hæmorrhoides.

31. Senibus autem, ſpirandi difficultates, catarrhi tuſſiculoſi, ſtranguriæ, dyſuriæ, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiæ, mali *corporis* habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alvi & oculorum, & narium humiditates, viſûs hebetudines, glaucedines, auditûs gravitates.

---

## Sectio Quarta.

### I.

PRægnantes purgandæ, ſi *materia* turgeat, quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem: hæ

verò

ταύτας. τὰ δὲ νήπια, καὶ πρεσβύτερα, εὐλαβέεσθαι χρή.

β′. Ἐν τῇσι φαρμακείῃσι τοιαῦτα ἄγειν ἐκ τοῦ σώματος, ὁκοῖα καὶ αὐτόματα ἰόντα χρήσιμα· τὰ δ᾽ ἐναντίως ἰόντα, παύειν.

γ′. Ἢν μὲν, οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσι· τὰ δὲ ἐναντία, δυσχερῶς.

δ′. Φαρμακεύειν θέρεος μὲν, μᾶλλον τὰς ἄνω· χειμῶνος δὲ, τὰς κάτω.

ε′. Ὑπὸ κύνα, καὶ πρὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι.

ς′. Τοὺς ἰσχνοὺς, καὶ εὐημέας, ἄνω φαρμακεύειν, ὑποστελλομένους χειμῶνα.

ζ′. Τοὺς δὲ δυσημέας, καὶ μέσως εὐσάρκους, κάτω, ὑποστελλομένους θέρος.

η′. Τοὺς δὲ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰς ἄνω (φαρμακείας.)

θ′. Τοὺς δὲ μελαγχολικοὺς, ἁδροτέρως τὰς κάτω· τῷ αὐτῷ λογισμῷ τἀναντία προστιθείς.

ι′. Φαρμακεύειν ἐν τοῖσι λίην ὀξέσιν, ἢν ὀργᾷ, αὐθημερόν· χρονίζειν γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι, κακόν.

ια′. Ὁκόσοισι στρόφοι, καὶ περὶ τὸν ὀμφαλὸν πόνοι, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, μὴ λυόμενον, μήτε ὑπὸ φαρμακείης, μήτ᾽ ἄλλως, ἐς ὕδρωπα ξηρὸν ἱδρύεται.

ιβ′. Ὁκόσοισι κοιλίαι λειεντεριώδεες, χειμῶνος φαρμακεύειν ἄνω, κακόν.

ιγ′. Πρὸς

verò minùs. Juniores autem, & ſeniores *fœtus*, cautè vitare oportet.

2. In purgationibus talia è corpore ſunt ducenda, qualia etiam ſpontè prodeuntia utilia ſunt: contrario autem modo prodeuntia, ſiſtenda.

3. Si quidem, qualia purgari oportet, purgentur, confert, & facilè ferunt: contraria verò, difficulter.

4. Purgandum, æſtate quidem, magis ſuperiores *ventres*: Hyeme verò, inferiores.

5. Sub cane, & ante canem, difficiles ſunt purgationes.

6. Graciles, & facilè vomentes, ſurſum purgandi, vitantes hyemem.

7. Difficulter autem vomentes, & mediocriter carnoſi, deorſum, vitantes æſtatem.

8. Tabidi verò, vitantes (purgationes) ſurſum.

9. Melancholicos autem, uberiùs deorſum *purgabis*. Eâdem ratione, contraria adhibens.

10. Purgandum in valdè acutis, ſi turgeat *materia*, eâdem die: morari enim in talibus, malum eſt.

11. Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque purgante, neque aliter ſolvitur, in hydropem ſiccum firmatur.

12. Quibus alvi ſunt lientericæ, *eos* hyeme ſurſum purgare, malum eſt.

13. Ad

ιγ'. Πρὸς τοὺς ἐλλεβόρους, τοῖσι μὴ ῥηϊδίως ἄνω καθαιρομένοισι, πρὸ τῆς πόσιος προϋγραίνειν τὰ σώματα, πλείονι τροφῇ, καὶ ἀναπαύσει.

ιδ'. Ἐπὴν πίῃ τις ἐλλέβορον, πρὸς μὲν τὰς κινήσιας τῶν σωμάτων, μᾶλλον ἄγειν. πρὸς δὲ τοὺς ὕπνους, καὶ μὴ κινήσιας, ἧσσον. δηλοῖ δὲ καὶ ἡ ναυτιλίη, ὅτι κίνησις τὰ σώματα ταράσσει.

ιέ. Ἐπὴν βούλῃ μᾶλλον ἄγειν τὸν ἐλλέβορον, κίνει τὸ σῶμα· ἐπὴν δὲ παῦσαι, ὕπνον ποίει, καὶ μὴ κίνει.

ιϛ'. Ἐλλέβορος ἐπικίνδυνος τοῖσι τὰς σάρκας ὑγιέας ἔχουσι· σπασμὸν γὰρ ἐμποιέει.

ιζ'. Ἀπυρέτῳ ἐόντι, ἀποσιτίη, καὶ καρδιωγμὸς, καὶ σκοτόδινος, καὶ στόμα ἐκπικρούμενον, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι, σημαίνει.

ιή. Τὰ ὑπὲρ τῶν φρενῶν ὀδυνήματα, ὁκόσα καθάρσιος δέονται, ἄνω φαρμακείης δεῖσθαι, σημαίνει· ὁκόσα δὲ κάτω, κάτω.

ιθ'. Ὁκόσοι ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι μὴ διψῶσι καθαιρόμενοι, οὐ παύονται, πρὶν ἢ διψήσωσιν.

κ'. Ἀπυρέτοισιν ἐοῦσιν ἢν γένηται στρόφος, καὶ γουνάτων βάρος, καὶ ὀσφύος ἄλγημα, κάτω φαρμακείης δεῖσθαι, σημαίνει.

κά. Ὑποχωρήματα μέλανα, ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἀπ' αὐτομάτου ἰόντα, καὶ ξὺν πυρετῷ, καὶ ἄνευ πυρετοῦ,

13. Ad elleboros, qui non facilè ſurſum purgantur, *iis* ante potionem corpora præhumectanda, copioſiore alimento, & quiete.

14. Ubi biberit quis elleborum, ad motiones quidem corporum, magis ducit. Ad ſomnos verò, & quietem, minùs. Declarat autem etiam navigatio, quod motus turbat corpora.

15. Quando vis magis ducere elleborum, moveto corpus. Quando veró ceſſare, ſomnum facito, & non moveto.

16. Elleborus periculoſus eſt ſanas carnes habentibus: convulſionem enim inducit.

17. Non febricitanti, appetitus dejectus, & oris ventriculi morſus, & tenebricoſa vertigo, & os amareſcens, ſurſum purgante opus eſſe, indicat.

18. Supra ſeptum tranſverſum dolores, qui purgatione egent, ſurſum purgante opus eſſe, indicant. Qui vero infra, deorſum.

19. Qui in purgantium potionibus non ſitiunt dum purgantur, non ceſſant, priuſquam ſitiverint.

20. Non febricitantibus ſi fiat tormen, & genuum gravitas, & lumborum dolor, deorſum purgante opus eſſe, indicat.

21. Dejectiones nigræ, qualis ſanguis niger, ſponte prodeuntes, & cum febre, & ſine febre, peſ-

πυρετοῦ, κάκιστα. καὶ ὁκόσῳ ἂν τὰ χρώματα ὑποχωρημάτων πλείω πονηρότερα ᾖ, μᾶλλον κάκιον· ξὺν φαρμάκῳ δὲ, ἄμεινον. καὶ ὁκόσῳ ἂν χρώματα πλείω, οὐ πονηρά.

κβ΄. Νουσημάτων ὁκόσων ἀρχομένων, ἢν χολὴ μέλαινα ἢ ἄνω, ἢ κάτω ἐπέλθῃ θανάσιμον.

κγ΄. Ὁκόσοισιν ἐκ νουσημάτων ὀξέων, ἢ ἐκ πολυχρονίων, η ἐκ τρωμάτων, ἢ ἄλλως πῶς λεπτυσμένοις, χολὴ μέλαινα, ἢ ὁκοῖον αἷμα μέλαν, ἐπέλθῃ, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι.

κδ΄. Δυσεντερίη, ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον.

κέ. Αἷμα ἄνω μὲν, ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν· κάτω δὲ, ἀγαθὸν, μέλαν ὑποχωρέον.

κϛ΄. Ἢν ὑπὸ δυσεντερίης ἐχομένῳ οἷον σάρκες ὑποχωρήσωσι, θανάσιμον.

κζ΄. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν αἱμοῤῥαγέει πλῆθος ὁκοθενοῦν, ἐν τῇσιν ἀναλήψεσι, τουτέοισιν αἱ κοιλίαι καθυγραίνονται.

κή. Ὁκόσοισι χολώδεα τὰ διαχωρήματα, κωφώσιος ἐπιγινομένης, παύεται· καὶ ὁκόσοισι κώφωσις, χολωδέων ἐπιγινομένων, παύεται.

κθ΄. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἑκταίοισιν ἐοῦσι ῥίγεα γίνεται, δύσκριτα.

λ΄. Ὁκόσοισι παροξυσμοὶ γίνονται, ἢν ἂν ὥρην

ἀφῇ

ſimæ. Et, quantò colores dejectionum plures fuerint pejores, eò deterius: cum purgante verò, melius. Et, quantò colores plures, non mali *ſunt*.

22. Morbis quibuſvis incipientibus, ſi bilis atra vel ſurſum, vel deorſum prodierit, lethale.

23. Quibuſcunque, ex morbis acutis, aut ex diuturnis, aut ex vulneribus, aut aliter quocunque modo extenuatis, bilis atra, vel qualis ſanguis niger, prodierit, poſtridiè moriuntur.

24. Dyſenteria, ſi ab atra bile inceperit, lethale.

25. Sanguis ſurſum quidem, qualiſcunque ſit, malum. Deorſum verò, bonum, niger ſubtùs ſecedens.

26. Si à dyſenteria detento velut carunculæ ſeceſſerint, lethale eſt.

27. Quibus per febres ſanguinis copia undecunque eruperit, in refectionibus, his alvi humectantur.

28. Quibus biliosæ ſunt egeſtiones, ſurditate ſuperveniente, ceſſant. Et, quibus ſurditas, bilioſis ſupervenientibus, ceſſat.

29. Quibus per febres ſextâ die rigores fiunt, difficulter judicantur.

30. Quibus exacerbationes fiunt, quâcunque ho-

ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ἐς τὴν αὔριον τὴν αὐτὴν ὥρην ἢν λάβῃ, δύσκριτα.

λα'. Τοῖσι κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐς ἄρθρα, καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα, αἱ ἀποστάσιες γίγνονται.

λβ'. Ὁκόσοισι δὲ ἀνισταμένοισιν ἐκ τῶν νούσων τι πονέει, ἐνταῦθα αἱ ἀποστάσιες γίγνονται.

λγ'. Ἀτὰρ, ἢν καὶ προπεπονηκός τι ᾖ πρὸ τοῦ νοσέειν, ἐνταῦθα στηρίζει ἡ νοῦσος.

λδ'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῇ φάρυγγι, πνὶξ ἐξαίφνης ἐπιγίγνηται, θανάσιμον.

λε'. Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐξαίφνης ἐπιστραφῇ, καὶ μόλις καταπίνειν δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος, θανάσιμον.

λϛ'. Ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, καὶ πεμπταῖοι, καὶ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι, καὶ ἑνδεκαταῖοι, καὶ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, καὶ ἑπτακαιδεκαταῖοι, καὶ μιῇ καὶ εἰκοστῇ, καὶ ἑβδόμῃ καὶ εἰκοστῇ, καὶ τριακοστῇ πρώτῃ, καὶ τριακοστῇ τετάρτῃ. οὗτοι γὰρ οἱ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσιν. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς.

λζ'. Οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες, ξὺν μὲν ὀξεῖ πυρετῷ γινόμενοι, θάνατον· ξὺν πρηϋτέρῳ δὲ, μῆκος νούσου σημαίνουσι.

λή. Καὶ

râ dimiſerit febris, poſtridiè eâdem horâ ſi corripuerit, difficulter judicantur.

31. Laſſatis per febres, ad articulos, & circa maxillas maximê, abſceſſus fiunt.

32. Quibus ex morbo reſurgentibus, aliquid dolet, ibi abſceſſus fiunt.

33. Sed &, ſi quid doluerit ante morbum, ibi ſe figit morbus.

34. Si à febre detento, tumore in faucibus non exiſtente, ſuffocatio ex improviſo ſuperveniat, lethale.

35. Si à febre detento collum derepentè inverſum fuerit, & vix deglutire poſſit, tumore non exiſtente, lethale.

36. Sudores febricitantibus ſi inceperint, boni ſunt die tertiâ, & quintâ, & ſeptimâ, & nonâ, & undecimâ, & quartâ decimâ, & ſeptimâ decimâ, & vigeſimâ primâ, & vigeſimâ ſeptimâ, & trigeſimâ primâ, & trigeſimâ quartâ. Hi enim ſudores morbos judicant. Qui verò ita non fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & recidivas.

37. Sudores frigidi, cum acutâ quidem febre evenientes, mortem: cum mitiore verò, morbi longitudinem ſignificant.

38. Et

λή. Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος ἱδρὼς, ἐνταῦθα φράζει τὴν νοῦσον.

λθ'. Καὶ ὅκου ἔνι τοῦ σώματος θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἐνταῦθα ἡ νοῦσος.

μ'. Καὶ ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίγνηται, μῆκος νούσου σημαίνει.

μά. Ἱδρὼς πολὺς ἐξ ὕπνου ἄνευ φανερῆς αἰτίης γινόμενος, τὸ σῶμα σημαίνει ὅτι πλείονι τροφῇ χρέεται. ἢν δὲ τροφὴν μὴ λαμβάνοντι τοῦτο γίγνηται, σημαίνει ὅτι κενώσιος δέεται.

μβ'. Ἱδρὼς πολὺς, ψυχρὸς ἢ θερμὸς, αἰεὶ ῥέων, ὁ μὲν ψυχρὸς μείζω, ὁ δὲ θερμὸς ἐλάσσω νοῦσον σημαίνει.

μγ'. Οἱ πυρετοὶ, ὁκόσοι μὴ διαλείποντες διὰ τρίτης ἰσχυρότεροι γίγνονται, μᾶλλον ἐπικίνδυνοι· ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει ὅτι ἀκίνδυνοι.

μδ'. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐγγίνονται.

μέ. Ὁκόσοισι φύματα ἐς τὰ ἄρθρα, ἢ πόνοι ἐκ πυρετῶν μακρῶν γίγνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

μς. Ἢν ῥῖγος ἐπιπίπτῃ πυρετῷ μὴ διαλείποντι, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι, θανάσιμον.

μζ'. Αἱ ἀποχρέμψιες αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλει-

38. Et quâ corporis parte ineſt ſudor, ibi morbum *eſſe* indicat.

39. Et quâ corporis parte ineſt calor, aut frigus, ibi morbus eſt.

40. Et ubi in toto corpore mutationes, & ſi corpus perfrigeretur, aut rurſus calefiat, aut color alius ex alio fiat, morbi longitudinem ſignificat.

41. Sudor multus à ſomno citra cauſam manifeſtam factus, corpus uberiori alimento uti ſignificat. Si verò cibum non capienti hoc fiat, evacuatione indigere ſignificat.

42. Sudor multus, frigidus aut calidus, ſemper fluens, frigidus quidem majorem, calidus verò minorem morbum ſignificat.

43. Febres, quæcunque non intermittentes tertiâ *die* vehementiores fiunt, magis periculoſæ: quocunque autem modo intermittant, quod ſine periculo *ſint* ſignificat.

44. Quibus febres longæ, his tubercula ad articulos, aut dolores fiunt.

45. Quibus tubercula ad articulos, aut dolores ex febribus longis fiunt, hi pluribus utuntur cibis.

46 Si rigor incidat febri non intermittenti, debili jam exiſtenti *ægro*, lethale.

47. Exſcreationes in febribus non intermittentibus,

διαλείπουσιν αἱ πελιδναί. καὶ αἱματώδεες, καὶ δυσώδεες, καὶ χολώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί. καὶ κατὰ τὰς διαχωρήσιας, καὶ κατὰ τὰ οὖρα. ἢν δὲ μή τι τῶν ξυμφερόντων ἐκκρίνηται διὰ τῶν τόπων τούτων, κακόν.

μη'. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔνδον καίηται, καὶ δίψην ἔχῃ, θανάσιμον.

μθ'. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ, τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος.

ν'. Ὅκου ἂν ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι δύσπνοια γένηται, καὶ παραφροσύνη, θανάσιμον.

να'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα, μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας, μῆκος νούσου σημαίνει.

νβ'. Ὁκόσοι ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἀῤῥωστίῃσι, κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, οὐδὲν ἄτοπον. ὁκόσοι δὲ μὴ κατὰ προαίρεσιν, ἀτοπώτερον.

νγ'. Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περιγλίσχρα γίνεται, ἰσχυρότεροι γίγνονται οἱ πυρετοί.

νδ'. Ὁκόσοισιν ἐπὶ πολὺ βῆχες ξηραὶ, βραχέα ἐρεθί-

tibus lividæ, & cruentæ, & graveolentes, & bilioſæ, omnes malæ ſunt. At probè ſecedentes, bonæ. Et *eadem ratio eſt* quod ad *alvi* egeſtiones, & quod ad urinas. Si verò nihil ex conducentibus excernatur per hæc loca, malum.

48. In non intermittentibus febribus, ſi externa quidem frigida ſint, interna verò urantur, & ſitim habeant, lethale.

49. In febre non intermittente, ſi labium, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus pervertatur, ſi non videat, ſi non audiat, corpore jam debili exiſtente, quicquid horum fiat, in propinquo mors eſt.

50. Ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium fit, lethale.

51. In febribus abſceſſus, qui non ſolvuntur ad primas judicationes, morbi longitudinem ſignificant.

52. Quicunque in febribus, aut in aliis infirmitatibus, ex propoſito (i. e. *ob cauſam*) lachrymantur, nihil inconveniens. Qui verò non ex propoſito, magis inconveniens.

53. Quibus in febre ad dentes viſcoſa circumnaſcuntur, *bis* febres fiunt vehementiores.

54. Quibus diu tuſſes ſiccæ, paulùm irritantes,

ἐρεθίζουσαι. ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν, οὐ πάνυ τι διψώδεες εἰσίν.

νέ. Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, πάντες κακοὶ, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

νς'. Πυρέσσοντι ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, μὴ ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ, κακόν. μηκύνει γὰρ ἡ νοῦσος, καὶ ὑγρασίην πλείω σημαίνει.

νζ'. Ὑπὸ σπασμοῦ, ἢ τετάνου ἐνοχλουμένῳ, πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὸ νόσημα.

νή. Ὑπὸ καύσου ἐχομένῳ, ἐπιγενομένου ῥίγεος, λύσις (γίνεται.)

νθ'. Τριταῖος ἀκριβὴς κρίνεται ἐν ἑπτὰ περιόδοισι τὸ μακρότατον.

ξ'. Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, αἷμα ἐκ ῥινῶν ῥυὲν, ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα, λύει τὸ νόσημα.

ξά. Πυρέσσοντι, ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἡμέρῃσιν ἀφῇ ὁ πυρετὸς, ὑποτροπιάζειν εἴωθεν.

ξβ'. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίγνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν, κακόν. (ἢν μὴ ξυνδόσιες ὑγρῶν κατὰ τὴν κοιλίην γένωνται.)

ξγ'. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι καθ' ἡμέρην ῥίγεα γίνεται, καθ' ἡμέρην οἱ πυρετοὶ λύονται.

ξδ'. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ

ἴκτεροι

in febribus ardentibus, non admodum ſiticuloſi ſunt.

55. In bubonibus febres, omnes malæ, præter ephemeras.

56. Febricitanti ſudor ſuperveniens, febre non remittente, malum. Prolongatur enim morbus, & copioſiorem humiditatem indicat.

57. A convulſione aut tetano ( i. e. rigore ) detento, febris ſuperveniens ſolvit morbum.

58. A febre ardente detento, rigore ſuperveniente, ſolutio (fit.)

59. Tertiana exquiſita in ſeptem ad ſummum circuitibus judicatur.

60. Quibus in febre aures obſurduerint, *his* ſanguis è naribus effluens, aut alvus exturbata, morbum ſolvit.

61. Febricitanti, niſi in diebus imparibus dimiſerit febris, reverti ſolet.

62. Quibus in febre morbus regius ſupervenit ante ſeptimum diem, malum eſt. ( Niſi confluxus humorum per alvum fiant. )

63. Quibus, in febribus quotidiè rigores fiunt, quotidiè febres ſolvuntur.

64. Quibus in febre ſeptimâ, aut nonâ aut undecimâ, aut quartâ decimâ morbus regius ſuper-

 venit,

ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθόν· ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ· ἢν δὲ μὴ, οὐκ ἀγαθόν.

ξέ. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, κακόν.

ξς'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσιν ὀξέσιν, οἱ σπασμοὶ, καὶ οἱ περὶ τὰ σπλάγχνα πόνοι ἰσχυροὶ, κακόν.

ξζ'. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν οἱ ἐκ τῶν ὕπνων φόβοι, ἢ σπασμοὶ, κακόν.

ξή. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὸ πνεῦμα προσκόπτον, κακόν· σπασμὸν γὰρ σημαίνει.

ξθ'. Ὁκόσοισιν οὖρα παχέα, θρομβώδεα, ὀλίγα, οὐκ ἀπυρέτοισι, πλῆθος ἐπελθὸν ἐκ τουτέων λεπτὸν, ὠφελέει. μάλιστα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔρχεται, οἷσιν ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων, ὑπόστασιν ἴσχει.

ό. Ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι οὖρα ἀνατεταραγμένα, οἷον ὑποζυγίων, τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται.

οά. Ὁκόσοισι ἑβδομαῖα κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν, καὶ τἄλλα κατὰ λόγον.

οβ'. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα, λευκὰ, πονηρά· μάλιστα δὲ ἐν τοῖσιν φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται.

ογ'. Ὁκόσοισιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορίζοντα, ὀσφύος ἀλγήματος ἐπιγινομένου, αἱ κοιλίαι τουτέοισι καθυγραίνονται· ἢν μὴ φῦσαι καταρραγέωσιν, ἢ οὔρου πλῆθος ἐπέλθῃ. ἐν πυρετοῖσι δὲ ταῦτα.

οδ'. Ὁ-

venit, bonum eſt: niſi dextrum hypochondrium durum ſit: alioqui, non bonum.

65. In febribus circa ventrem æſtus vehemens, & oris ventriculi dolor, malum.

66. In febribus acutis, convulſiones, & circa viſcera dolores vehementes, malum.

67. In febribus, ex ſomnis pavores, aut convulſiones, malum.

68. In febribus ſpiritus offendens, malum. Convulſionem enim ſignificat.

69. Quibus urinæ craſſæ, grumoſæ, paucæ, non ſine febre, copia ex his ſuccedens tenuis, juvat. Tales autem maximè prodeunt, quibus ab initio, aut brevi, ſubſidentiam continent.

70. Quibus autem in febre urinæ conturbatæ, qualis jumentorum, his capitis dolores aut adſunt, aut aderunt.

71. Quibus *morbi* ſeptimâ *die* judicantur, iis nubeculam rubram urina *die* quartâ continet, & alia ſecundum rationem.

72. Quibus urinæ pellucidæ, albæ, malæ. Maximè autem in phreniticis obſervantur.

73. Quibus hypochondria elevata *ſunt* murmurantia, dolore lumborum ſuperveniente, his alvi humectantur: niſi flatus eruperint, aut urinæ copia prodierit. In febribus autem hæc.

74. Quibus

οδ'. Ὁκόσοισιν ἐλπὶς ἐς ἄρθρα ἀφίστασθαι, ῥύεται τῆς ἀποστάσιος οὖρον πολὺ, καὶ παχὺ, καὶ λευκὸν γιγνόμενον, οἷον ἐν τοῖσι κοπώδεσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἄρχεται ἐνίοισι γίγνεσθαι. ἢν δὲ καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν αἱμοῤῥαγήσῃ, καὶ πάνυ ταχὺ λύεται.

οε'. Ἢν αἷμα, ἢ πῦον οὐρέῃ, τῶν νεφρῶν, ἢ τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

ος'. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι, σαρκία μικρὰ ἢ ὥσπερ τρίχες ξυνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

οζ'. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι, πιτυρώδεα ξυνεξουρέεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

οη'. Ὁκόσοι ἀπὸ ταὐτομάτου αἷμα οὐρέουσι, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν φλεβίου ῥῆξιν σημαίνει.

οθ'. Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ.

π'. Ἢν αἷμα οὐρέῃ, καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ ὑπογάστριον, καὶ ἐς τὸ περίναιον, τὰ περὶ τὴν κύστιν πονέει.

πα'. Ἢν αἷμα, καὶ πῦον οὐρέῃ, καὶ λεπίδας, καὶ ὀσμὴ βαρείη ᾖ, τῆς κύστιος ἕλκωσιν σημαίνει.

πβ'. Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα φύεται, τουτέοισι, διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύσις.

πγ'. Οὔρησις νύκτωρ πολλὴ γιγνομένη, σμικρὴν τὴν ὑποχώρησιν σημαίνει.

74. Quibùs ſpes eſt abſceſſum fore ad articulos, *eos* abſceſſu liberat urina multa, & craſſa, & alba reddita, qualis in febribus, cum laſſitudine, quartâ die quibuſdam fieri incipit. Si verò etiam ex naribus ſanguis eruperit, brevi admodum ſolvit.

75. Si *quis* ſanguinem, aut pus mingat, renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

76. Quibus in urinâ craſsâ exiſtente, carunculæ parvæ, aut veluti pili unà exeunt, his de renibus excernuntur.

77. Quibus in urinâ craſsâ exiſtente, furfuracea ſimul minguntur, iis veſica ſcabie laborat.

78. Qui ſponte ſanguinem mingunt, his à renibus venæ ruptionem ſignificat.

79. Quibus in urinâ, arenoſa ſubſident, illis veſica calculo laborat.

80. Si *quis* ſanguinem mingat, & grumos, & urinæ ſtillicidium habeat, & dolor incidat ad imúm ventrem, & interfemineum, partes circa veſicam laborant.

81. Si *quis* ſanguinem, & pus mingat, & ſquamas, & odor gravis ſit, veſicæ exulcerationem ſignificat.

82. Quibus in urinariâ fiſtulâ tuberculum naſcitur, his, ſuppurato *eo* & perrupto, ſolutio *fit*.

83. Mictio noctu multa contingens, parvam dejectionem ſignificat.

Sectio

## Τμῆμα πέμπτον.

### Α'.

Σπασμὸς ἐξ ἐλλεβόρου, θανάσιμον.

β'. Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος, θανάσιμον.

γ'. Αἵματος πολλοῦ ῥυέντος, σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

δ'. Ἐπὶ ὑπερκαθάρσει σπασμὸς, ἢ λυγμὸς ἐπιγενόμενος, κακόν.

ε'. Ἢν μεθύων ἐξαίφνης ἄφωνός τις γένηται, σπασθεὶς ἀποθνήσκει, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ, ἢ ἐς τὴν ὥρην ἐλθὼν, καθ' ἣν αἱ κραιπάλαι λύονται, φθέγξηται.

ς'. Ὁκόσοι ὑπὸ τετάνου ἁλίσκονται, ἐν τέσσαρσιν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται. ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίνονται.

ζ'. Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἥβης γίνεται, μετάστασιν ἴσχει. ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων γίνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει.

η'. Ὁκόσοι πλευριτικοὶ γενόμενοι οὐκ ἀνακαθαίρονται ἐν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρῃσι, τουτέοισιν ἐς ἐμπύημα μεθίσταται.

## Sectio Quinta.

I.

Convulſio ex élleboro, lethale.

2. Vulneri convulſio ſuperveniens, lethale.

3. Sanguine multo effuſo, convulſio, aut ſingultus ſuperveniens, malum.

4. Purgationi immodicæ convulſio, aut ſingultus ſcperveniens, malum.

5. Si quis ebrius ex improviſo mutus fiat, convulſus moritur, niſi febris corripuerit, aut ubi ad horam, quâ crapulæ ſolvuntur, pervenit, locutus fuerit.

6. Qui à tetano (i. e. *rigore*) corripiuntur, in quatuor diebus pereunt. Si verò hos effugerint, ſani fiunt.

7. Quibus epilepſiæ ánte pubertatem contingunt, mutationem habent. Quibus verò accidunt viginti quinque annos *natis*, his plerumque commoriuntur.

8. Qui pleuritici facti, non repurgantur ſupernè in quatuordecim diebus, his in ſuppurationem convertitur.

θ'. Φθίσις γίνεται μάλιστα ἡλικίῃσι τῇσιν ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτέων μέχρι πέντε καὶ τριήκοντα.

ι'. Ὁκόσοισι κυνάγχην διαφεύγουσιν, ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀποθνήσκουσιν· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ἔμπυοι γίνονται.

ια'. Τοῖσιν ὑπὸ τῶν φθισίων ἐνοχλουμένοισιν, ἢν τὸ πτύσμα, ὅπερ ἂν ἀποβήσσωσι, βαρὺ ὄζῃ ἐπὶ τοὺς ἄνθρακας ἐπιχεόμενον, καὶ αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσι, θανατῶδες.

ιβ'. Ὁκόσοισιν ἂν φθισιῶσιν αἱ τρίχες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥέωσιν, οὗτοι, διαῤῥοίης ἐπιγενομένης, ἀποθνήσκουσιν.

ιγ'. Ὁκόσοι αἷμα ἀφρῶδες ἀναπτύουσι, τούτοισιν ἐκ τοῦ πλεύμονος ἡ τοιαύτη ἀναγωγὴ γίνεται.

ιδ'. Ὑπὸ φθίσιος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες.

ιε'. Ὁκόσοι ἐκ πλευρίτιδος ἔμπυοι γίνονται, ἢν ἀνακαθαρθῶσιν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀφ' ἧς ἂν ἡ ῥῆξις γένηται, παύονται· ἢν δὲ μὴ, ἐς φθίσιν μεθίστανται.

ις'. Τὸ θερμὸν βλάπτει ταῦτα τοῖσι πλεονάκις χρεομένοισι· σαρκῶν ἐκθήλυνσιν, νεύρων ἀκράτειαν, γνώμης νάρκωσιν, αἱμοῤῥαγίας, λειποθυμίας· ταῦτα, οἷσι θάνατος.

ιζ'. Τὸ δὲ ψυχρὸν, σπασμοὺς, τετάνους, μελασμοὺς, καὶ ῥίγεα πυρετώδεα.

ιη'. Τὸ

9. Tabes maximè fit ætatibus, ab anno octavo decimo uſque ad quintum trigeſimum.

10. Quibus anginam effugientibus ad pulmonem vertitur, in ſeptem diebus moriuntur. Si verò hos effugerint, ſuppurati fiunt.

11. A tabe vexatis ſi ſputum, quod extuſſiunt, prunis ſuperfuſum graviter oleat, & capilli de capite defluant, lethale.

12. Quibus tabe laborantibus capilli de capite defluunt, hi, alvi fluxu ſupervenien te, moriuntur.

13. Qui ſanguinem ſpumoſum exſpuunt, his ex pulmone talis rejectio fit.

14. A tabe detento alvi profluvium ſuperveniens, lethale.

15. Qui ex pleuritide ſuppurati fiunt, ſi intra quadraginta dies, ex quo ruptio fuerit facta, repurgentur ſupernè, liberantur: ſi verò minùs, ad tabem tranſeunt.

16. Calidum, eo frequenter utentibus, has affert noxas: carnis effœminationem, nervorum impotentiam, mentis torporem, ſanguinis eruptiones, animi deliquia: hæc, quibus mors.

17. Frigidum autem, convulſiones, tetanos, *i. e. rigores*, nigrores, & rigores febriles,

ιή. Τὸ ψυχρὸν πολέμιον ὀστέοισιν, ὀδοῦσι, νεύροισιν, ἐγκεφάλῳ, νωτιαίῳ μυελῷ· τὸ δὲ θερμὸν, ὠφέλιμον.

ιθ' Ὁκόσα κατέψυκται, ἐκθερμαίνειν δεῖ, πλὴν ὁκόσα αἱμοῤῥαγέει, ἢ μέλλει.

κ'. Ἕλκεσι τὸ μὲν ψυχρὸν δακνῶδες, δέρμα περισκληρύνει, ὀδύνην ἀνεκπύητον ποιέει, μελασμοὺς, ῥίγεα πυρετώδεα, σπασμοὺς, καὶ τετάνους.

κά. Ἔστι δὲ, ὅκου ἐπὶ τετάνου ἄνευ ἕλκεος νέῳ εὐσάρκῳ, θέρεος μέσου, ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις ἐπανάκλησιν θέρμης ποιέεται. θέρμη δὲ ταῦτα ῥύεται.

κβ'. Τὸ θερμὸν ἐκπυητικὸν, οὐκ ἐπὶ παντὶ ἕλκει, μέγιστον σημεῖον ἐς ἀσφαλείην· δέρμα μαλάσσει, ἰσχναίνει, ἀνώδυνον, ῥιγέων, σπασμῶν, τετάνων παρηγορικόν· τὴν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ καρηβαρείην λύει· πλεῖστον δὲ διαφέρει, ὀστέων κατάγμασι· μάλιστα δὲ τοῖσιν ἐψιλωμένοισι. τουτέων δὲ μάλιστα, τοῖσιν ἐν κεφαλῇ ἕλκεα ἔχουσι· καὶ ὁκόσα ὑπὸ ψύξιος θνήσκει, ἢ ἑλκοῦται· καὶ ἕρπησιν ἐσθιομένοισιν, ἕδρῃ, αἰδοίῳ, ὑστέρῃ, κύστει. τουτέοισι τὸ μὲν θερμὸν φίλον καὶ κρῖνον· τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον καὶ κτεῖνον.

κγ'; Ἐν τουτέοισι δὲ δεῖ τῷ ψυχρῷ χρέεσθαι, ὁκόθεν αἱμοῤῥαγέει ἢ μέλλει, μὴ ἐπ' αὐτὰ, ἀλλὰ περὶ αὐτὰ, ὁκόθεν ἐπιῤῥεῖ. καὶ ὁκόσαι φλεγμοναὶ, ἢ ἐπι-

18. Frigidum inimicum oſſibus, dentibus, nervis, cerebro, ſpinali medullæ: calidum verò, utile.

19. Quæ perfrigerata ſunt, excalefacere oportet, præterquàm quæ ſanguinem profundunt, aut ſunt profuſura.

20. Ulceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem non ſuppurantem facit, nigrores, rigores febriles, convulſiones, & tetanos, i. e. *rigores*.

21. Eſt verò, ubi in tetano, i. e. *rigore* ſine ulcere, juveni benè carnoſo, æſtate mediâ, frigidæ multæ affuſio, caloris revocationem facit. Calor autem hæc ſolvit.

22. Calidum ſuppuratorium, non in omni ulcere, maximum ſignum ad ſecuritatem: cutem emollit, attenuat, dolores ſedat, rigores, convulſiones, tetanos i. e. *rigores* mitigat: capitis verò gravitatem ſolvit: plurimum autem confert oſſium fracturis: maximè verò denudatis: ex his quidem maximè, qui in capite ulcera habent: & quæ à frigore moriuntur, aut ulcerantur: & herpetibus exedentibus ſedi, pudendo, utero, veſicæ. His calidum quidem amicum & decretorium: frigidum verò inimicum & occidens.

23. In his autem frigido uti oportet, unde ſanguis erumpit, aut erupturus eſt: non ſuper ipſa, ſed circa hæc, unde influit. Et quæcunque inflammationes,

ἐπιφλογίσματα ἐς τὸ ἐρυθρὸν καὶ ὕφαιμον ῥέποντα νεαρῷ αἵματι, ἐπὶ ταῦτα· ἐπεὶ τά γε παλαιὰ μελαίνει· καὶ ἐρυσίπελας τὸ μὴ ἑλκούμενον (ὠφελεῖ·) ἐπεὶ τό γε ἑλκούμενον βλάπτει.

κδ'. Τὰ ψυχρὰ οἷον χιὼν, κρύσταλλος, τῷ στήθει πολέμια, βηχέων κινητικὰ αἱμοῤῥοϊκὰ καταῤῥοϊκά.

κε'. Τὰ δὲ ἐν ἄρθροισιν, οἰδήματα καὶ ἀλγήματα ἄτερ ἕλκεος, καὶ ποδαγρικὰ, καὶ σπάσματα, τουτέων τὰ πλεῖστα τὸ ψυχρὸν πολλὸν καταχεόμενον ῥηΐζει τε καὶ ἰσχναίνει, καὶ ὀδύνην λύει. νάρκη γὰρ μετρίη ὀδύνης λυτική.

κϛ'. Ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, κουφότατον.

κζ'. Ὁκόσοισι δὲ πιεῖν ὀρέξιες νύκτωρ, τοῖσι πάνυ διψῶσιν, ἢν ἐπικοιμηθῶσιν, ἀγαθόν.

κη'. Γυναικείων ἀγωγὸν ἡ ἐν ἀρώμασι πυρίη πολλαχῇ δὲ καὶ ἐς ἄλλα χρησίμη ἂν ἦν, εἰ μὴ καρηβαρίας ἐνεποίει.

κθ'. Τὰς κυούσας φαρμακεύειν, ἢν ὀργᾷ, τετράμηνα, καὶ ἄχρι ἑπτὰ μηνῶν· ἧσσον δὲ ταύτας. τὰ δὲ νήπια, καὶ πρεσβύτερα, εὐλαβέεσθαι χρή.

λ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ὑπό τινος τῶν ὀξέων νοσημάτων ληφθῆναι, θανάσιμον.

λα'. Γυνὴ

mationes, aut flammei ardores ad rubrum & ſanguineum colorem vergentes novo ſanguine, ſuper ipſos: nam inveteratos nigreſacit: eryſipelas etiam non exulceratum (juvat:) quoniam exulceratum lædit.

24. Frigida, velut nix, glacies, pectori inimica, tuſſes movent, ſanguinis eruptiones, *ac* catarrhos inducunt.

25. Tumores autem in articulis, & dolores abſque ulcere, & podagricos, & convulſiones, horum plurima, frigida multa affuſa & levat, & attenuat, & dolorem ſolvit. Torpor enim modicus doloris ſolvendi vim habet.

26. Aqua, quæ citò calefit, & citò refrigeratur, leviſſima.

27. Quibus autem bibendi appetentiæ noctu, iis valdè ſitientibus, ſi obdormierint, bonum.

28. Suffitus aromatum muliebria ducit. Sæpius autem ad alia utilis eſſet, niſi capitis gravitates induceret.

29. Prægnantes purgandæ, ſi turgeat *materia*, quadrimeſtres, & uſque ad ſeptimum menſem: hæ verò minùs. Juniores autem, & ſeniores *fœtus*, cautè vitare oportet.

30. Mulierem in utero gerentem ab acuto aliquo morbo corripi, lethale.

31 Mu-

λα'. Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα φλεβοτομηθεῖσα ἐκτιτρώσκει· καὶ μᾶλλον, εἰ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον.

λβ'. Γυναικὶ αἷμα ἐμεούσῃ, τῶν καταμηνίων ῥαγέντων, λύσις γίνεται.

λγ'. Γυναικὶ τῶν καταμηνίων ἐκλειπόντων, αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῆναι, ἀγαθόν.

λδ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἢν ἡ κοιλίη πολλὰ ῥυῇ κίνδυνος ἐκτρῶσαι.

λε'. Γυναικὶ ὑπὸ ὑστερικῶν ἐνοχλουμένῃ, ἢ δυσοκούσῃ, πταρμὸς ἐπιγενόμενος, ἀγαθόν.

λϛ'. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἄχροα, καὶ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ αἰεὶ γιγνόμενα, καθάρσιος δεῖσθαι σημαίνει.

λζ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν οἱ μαστοὶ ἐξαίφνης ἰσχνοὶ γένωνται, ἐκτιτρώσκει.

λη'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ, ἢν ὁ ἕτερος μαστὸς, ἰσχνὸς γένηται δίδυμα ἐχούσῃ, θάτερον ἐκτιτρώσκει· καὶ, ἢν μὲν ὁ δεξιὸς ἰσχνὸς γένηται, τὸ ἄρσεν· ἢν δὲ ὁ ἀριστερὸς, τὸ θῆλυ.

λθ'. Ἢν γυνὴ μὴ κύουσα, μηδὲ τετοκυῖα, γάλα ἔχῃ, ταύτῃ τὰ καταμήνια ἐκλέλοιπε.

μ'. Γυναιξὶν ὁκόσῃσιν ἐς τοὺς τιτθοὺς. αἷμα συστρέφεται, μανίην σημαίνει.

μα'. Γυναῖκα ἢν θέλῃς εἰδέναι εἰ κύει, ἐπὴν καθεύδειν μέλλῃ, (ἀδείπνῳ ἐούσῃ) μελίκρητον

διδόναι

31. Mulier in utero gerens ſectâ venâ abortit; & magis, ſi major fuerit fœtus.

32. Mulieri ſanguinem evomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio fit.

33. Mulieri, menſtruis deficientibus, ê naribus ſanguinem fluere, bonum.

34. Mulieri in utero gerenti ſi alvus multùm fluxerit, periculum ne abortiat.

35. Mulieri ab uterinâ *paſſione* vexatæ, aut difficulter parienti, ſternutatio ſuperveniens, bonum.

36. Mulieri menſes decolores, neque ſecundùm eadem (*tempus & modum*) ſemper prodeuntes, purgatione opus eſſe ſignificant.

37. Mulieri in utero gerenti, ſi mammæ ex improviſo graciles fiant, abortit.

38. Mulieri in utero gerenti, ſi altera mamma gracilis fiat gemellos geſtanti, alterutrum abortit. Et, ſi quidem dextra gracilis fiat, marem: ſi verò ſiniſtra, fœminam.

39. Si mulier quæ nec prægnans eſt, nec peperit, lac habeat, ei menſtrua defecerunt.

40. Mulieribus quibus in mammas ſanguis convertitur, inſaniam ſignificat.

41. Mulierem ſi velis cognoſcere, an prægnans ſit, ubi dormitura eſt, (incœnatæ) aquam mulſam bibendam dato. Et ſi quidem tormen ha-

διδόναι πιεῖν. κἢν μὲν στρόφον ἔχῃ περὶ τὴν γαστέρα, κύει· ἢν δὲ μὴ, οὐ κύει.

μβʹ. Γυνὴ ἔγκυος, εἰ μὲν ἄρρεν κύει, εὔχρους ἐστίν· ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους.

μγʹ. Ἢν γυναικὶ κυούσῃ ἐρυσίπελας ἐν τῇ ὑστέρῃ γένηται, θανατῶδες.

μδʹ. Ὁκόσαι παρὰ φύσιν λεπταὶ ἐοῦσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐκτιτρώσκουσι, πρὶν ἢ παχυνθῆναι.

μεʹ. Ὁκόσαι δὲ μετρίως τὸ σῶμα ἔχουσαι ἐκτιτρώσκουσι δίμηνα καὶ τρίμηνα ἄτερ προφάσιος φανερῆς, ταύτῃσιν αἱ κοτυληδόνες μύξης μεσταί εἰσι, καὶ οὐ δύνανται κρατεῖν ὑπὸ τοῦ βάρεος τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἀποῤῥήγνυνται.

μϛʹ. Ὁκόσαι παρὰ φύσιν παχεῖαι ἐοῦσαι μὴ ξυλλαμβάνουσιν τῇ ἐν γαστρὶ, ταύτῃσι τὸ ἐπίπλοον τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν ἀποπιέζει, καὶ πρὶν ἢ λεπτυνθῆναι, οὐ κύουσιν.

μζʹ. Ἢν ὑστέρη ἐν τῷ ἰσχίῳ ἐγκειμένη διαπυήσῃ, ἀνάγκη ἔμμολον γίνεσθαι.

μηʹ. Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον.

μθʹ. Ἐς ὑστέρων ἐκπτώσιας πταρμικὸν ἐπιθεὶς, ἐπιλαμβάνειν τοὺς μυκτῆρας, καὶ τὸ στόμα.

νʹ. Γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε.

ναʹ. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσι, τουτέων τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν ξυμμέμυκεν.

νβʹ. Ἢν

beat circa ventrem, prægnans eſt: ſi verò minùs, prægnans non eſt.

42. Mulier prægnans, ſi quidem marem geſtat, benè colorata eſt: ſi verò fœminam, malè colorata.

43. Si mulieri prægnanti eryſipelas in utero fiat, lethale.

44. Quæ præter naturam tenues exiſtentes in utero gerunt, abortiunt, priuſquam craſſeſcant.

45. Quæ verò mediocriter corpus habentes abortiunt bimeſtres & trimeſtres ſine causâ manifeſtâ, his uteri acetabula muco plena ſunt, & non poſſunt continere fœtum præ gravitate, ſed abrumpuntur.

46. Quæ præter naturam craſſæ exiſtentes non concipiunt in utero, his omentum os uteri comprimit, &, priuſquam attenuentur, prægnantes non fiunt.

47. Si uterus coxæ incumbens ſuppuratus fuerit, neceſſe *eſt* medicamenta in linteo carpto applicari.

48. Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis.

49. Ut ſecundæ excidant, ſternutatorio indito, nares & os apprehendere *oportet*.

50. Mulieri menſtrua ſi velis cohibere, cucurbitam quam maximam ad mammas appone.

51. Quæ in utero gerunt, harum os uteri clauſum eſt.

νβ΄. Ἤν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ γάλα πολὺ ἐκ τῶν μαζῶν ῥυῇ, ἀσθενὲς τὸ ἔμβρυον σημαίνει. ἢν δὲ στερεοὶ οἱ μαστοὶ ἔωσιν, ὑγιεινότερον τὸ ἔμβρυον σημαίνει.

νγ΄. Ὁκόσαι διαφθείρειν μέλλουσι τὰ ἔμβρυα, ταύτῃσιν οἱ τιτθοὶ ἰσχνοὶ γίγνονται. ἢν δὲ πάλιν σκληροὶ γένωνται, ὀδύνη ἔσται ἢ ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν, ἢ ἐν τοῖσι γούνασι, καὶ οὐ διαφθείρουσιν.

νδ΄. Ὁκόσῃσι τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν σκληρόν ἐστι, ταύτῃσιν ἀνάγκη τὸ στόμα τῶν ὑστερῶν ξυμμύειν.

νε΄. Ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ὑπὸ πυρετῶν λαμβάνονται, καὶ ἰσχυρῶς ἰσχναίνονται, ἄνευ προφάσιος φανερῆς, τίκτουσι χαλεπῶς καὶ ἐπικινδύνως, ἢ ἐκτιτρώσκουσαι κινδυνεύουσιν.

νϛ΄. Ἐπὶ ῥόῳ γυναικείῳ σπασμὸς καὶ λειποθυμίη ἢν ἐπιγένηται, κακόν.

νζ΄. Καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι· καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης γίγνονται νοῦσοι.

νη΄. Ἐπὶ ἀρχῷ φλεγμαίνοντι, καὶ ἐπὶ ὑστέρῃ φλεγμαινούσῃ, καὶ ἐπὶ νεφροῖσιν ἐμπύοισι, στραγγουρίη ἐπιγίνεται. ἐπὶ δὲ ἥπατι φλεγμαίνοντι, λὺγξ ἐπιγίνεται.

νθ΄. Γυνὴ ἢν μὴ λαμβάνῃ ἐν γαστρὶ, βούλῃ δὲ εἰδέναι εἰ λήψεται, περικαλύψας ἱματίοισι, θυμία

κάτω.

52. Mulieri in utero gerenti ſi multum lactis ex mammis fluxerit, infirmum fœtum ſignificat. Si verò ſolidæ fuerint mammæ, ſaniorem fœtum ſignificat.

53. Quæ perdituræ ſunt fœtus, his mammæ graciles fiunt. Si verò rurſus duræ fiant, dolor erit, aut in mammis, aut in coxis, aut in oculis, aut in genibus, & non perdunt.

54. Quibus os uteri durum eſt, his neceſſe eſt os uteri clauſum eſſe.

55. Quæcunque in utero gerentes à febribus corripiuntur, & vehementer attenuantur abſque manifeſtâ occaſione, difficulter & periculosè pariunt, aut abortientes periclitantur.

56. Si fluxui muliebri, convulſio & animi deliquium ſuperveniat, malum.

57. Menſibus copioſioribus prodeuntibus, morbi contingunt: & non prodeuntibus, ab utero fiunt morbi.

58. Recto inteſtino inflammato, & utero inflammato, & renibus ſuppuratis, urinæ ſtillicidium ſupervenit. Hepati autem inflammato, ſingultus ſupervenit.

59. Mulier ſi in ventre non concipiat, velis autem ſcire an conceptura ſit, veſtibus circumtectam ſubtèr

κάτω. κἢν μὲν πορεύεσθαί σοι δοκέῃ ἡ ὀδμὴ διὰ τοῦ σώματος ἐς τὰς ῥῖνας καὶ ἐς τὸ στόμα, γίνωσκε, ὅτι αὐτὴ οὐ δι' ἑωυτὴν ἄγονός ἐστιν.

ξ'. Ἢν γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ αἱ καθάρσιες πορεύωνται, ἀδύνατον τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν.

ξά. Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται, μήτε φρίκης, μήτε πυρετοῦ ἐπιγινομένου, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζου ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν.

ξβ'. Ὁκόσαι ψυχρὰς καὶ πυκνὰς τὰς μήτρας ἔχουσιν, οὐ κυΐσκουσι, καὶ ὁκόσαι καθύγρους ἔχουσι τὰς μήτρας, οὐ κυΐσκουσιν. ἀποσβέννυται γὰρ αὐταῖς ὁ γόνος. καὶ ὁκόσαι ξηρὰς μᾶλλον καὶ περικαέας· ἐνδείῃ γὰρ τῆς τροφῆς φθείρεται τὸ σπέρμα. ὁκόσαι δὲ ἐξ ἀμφοτέρων τὴν κρῆσιν ἔχουσι σύμμετρον, αἱ τοιαῦται ἐπίτεκνοι γίγνονται.

ξγ'. Παραπλησίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. ἢ γὰρ διὰ ἀραιότητα τοῦ σώματος τὸ πνεῦμα ἔξω φέρεται, πρὸς τὸ μὴ παραπέμπειν τὸ σπέρμα. ἢ διὰ τὴν πυκνότητα τὸ ὑγρὸν οὐ διαχωρέει ἔξω. ἢ διὰ τὴν ψυχρότητα οὐκ ἐκπυροῦται. ὥστε ἀθροίζεσθαι πρὸς τὸν τόπον τοῦτον. ἢ διὰ τὴν θερμασίην τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται.

ξδ'. Γάλα διδόναι κεφαλαλγέουσι κακόν. κακὸν δὲ καὶ πυρεταίνουσι, καὶ οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα διαβορβορύζοντα, καὶ τοῖσι διψώδεσι. κακὸν δὲ καὶ οἷσι χολώδεες αἱ ὑποχωρήσιες, καὶ ἐν τοῖσι ὀξέσι πυρε-

ſubter ſuffito, Et ſi quidem procedere tibi videatur odor per corpus ad nares & ad os, ſcito, hanc non propter ſe ipſam infœcundam eſſe.

60. Si mulieri in utero gerenti purgationes prodeant, fœtum ſanum eſſe impoſſibile.

61. Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſuperveniente; cibi autem faſtidia ipſi accidant, hanc in utero gerere putato.

62. Quæ frigidos ac denſos uteros habent, non concipiunt. Et quæ præhumidos habent uteros, non concipiunt: extinguitur enim ipſis genitura. Et quæ ſiccos magis & adurentes: alimenti enim inopiâ ſemen corrumpitur. Quæ verò ex utriſque temperamentum habent moderatum, hæ ipſæ proliferæ fiunt.

63. Similiter autem etiam in maſculis. Aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extrà fertur, ut ſemen non demittat. Aut propter denſitatem humidum non pervadit foras. Aut propter frigiditatem non incaleſcit, ut ad hunc locum congregetur. Aut propter caliditatem hoc idem contingit.

64. Lac dare capite dolentibus, malum. Malum verò etiam febricitantibus, & quibus hypochondria elevata *ſunt* murmurantia, & ſiticuloſis. Malum autem & quibus dejectiones bilioſæ, & qui in acutis ſunt febribus: & quibus copioſi ſanguinis facta eſt egeſtio.

πυρέτοισιν ἐοῦσι· καὶ οἷσιν αἵματος πολλοῦ διαχώρησις γέγονεν. ἁρμόζει δὲ τοῖσι φθινώδεσι μὴ λίην πολλῷ πυρέσσουσι διδόναι (γάλα,) καὶ ἐν πυρετοῖσι μακροῖσι, καὶ βληχροῖσι, μηδενὸς τῶν προειρημένων σημείων παρεόντος· παρὰ λόγον δὲ ἐκτετηκόσιν.

ξέ. Ὁκόσοισιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσι φαίνονται, οὐ μάλα σπῶνται, οὐδὲ μαίνονται. τουτέων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, τοῖσι μὲν ὄπισθεν, σπασμοὶ, τέτανοι· τοῖσι δὲ ἔμπροσθεν, μανίαι, ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξεῖαι, ἐμπύησις, ἢ δυσεντερίη, ἢν ἐρυθρὰ ᾖ τὰ οἰδήματα.

ξς'. Ἢν, τρωμάτων ἰσχυρῶν ἐόντων καὶ πονηρῶν, οἰδήματα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν.

ξζ', Τὰ χαῦνα, χρηστά· τὰ δὲ ἔνωμα, κακά.

ξή. Τῷ τὰ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, ἡ ἐν μετώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα ὠφελέει.

ξθ'. Ῥίγεα ἄρχεται, γυναιξὶ μὲν ἐξ ὀσφύος μᾶλλον, καὶ διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀνδράσι δὲ, μᾶλλον ὄπισθεν, ἢ ἔμπροσθεν τοῦ σώματος, οἷον ἀπὸ τε πηχέων καὶ μηρῶν. ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ τοῦτο ἡ θρίξ.

ό. Οἱ ὑπὸ τεταρταίων ἁλισκόμενοι, ὑπὸ σπασμοῦ οὐ πάνυ τι ἁλίσκονται. ἢν δὲ ἁλίσκωνται πρότερον, εἶτα ἐπιγένηται τεταρταῖος, παύονται.

οά. Ὁκόσοισι δέρματα περιτείνεται καρφαλέα καὶ σκληρὰ, ἄνευ ἱδρῶτος τελευτῶσιν. ὁκόσοισι δὲ χαλαρὰ καὶ ἀραιὰ, σὺν ἱδρῶτι τελευτῶσιν.

οβ'. Οἱ

egeſtio. Convenit verò tabidis non admodum valdè febricitantibus (lac) dare, & in febribus longis & languidis, nullo ex ſuprà dictis ſignis præſente: & præter rationem quidem extenuatis.

65. Quibus tumores in ulceribus apparent, non valdè convelluntur, neque inſaniunt. His autem derepentè diſparentibus, quibus in poſticâ quidem parte *fuerint* convulſiones, tetani: i. e. *rigores* quibus verò in anticâ, inſaniæ, aut lateris dolores acuti, aut ſuppuratio, aut dyſenteria, ſi rubicundi fuerint tumores.

66. Si, magnis & pravis exiſtentibus vulneribus, tumores non appareant, ingens malum.

67. Laxi *tumores*, boni: crudi verò, mali.

68. Poſticâ capitis parte dolenti, recta in fronte vena ſecta juvat.

69. Rigores incipiunt, mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorſum ad caput. Viris autem, poſticâ magis parte, quàm anticâ corporis, velut ex cubitis ac femoribus. Sed & cutis *viris* rara *eſt*. Hoc quidem pilus indicat.

70. A quartanis correpti, à convulſione non admodum corripiuntur. Si verò priùs corripiantur, & poſteà quartana ſupervenerit, liberantur.

71. Quibus cutis obtenditur arida ac dura, ſine ſudore moriuntur. Quibus verò laxa ac rara, cum ſudore moriuntur.

οβ'. Οἱ ἰκτερώδεες, οὐ πάνυ τι πνευματώδεές εἰσι.

---

## Τμῆμα ἕκτον.

### Α'.

Ἐν τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη ἐπιγινομένη, μὴ γινομένη πρότερον, σημεῖον ἀγαθόν.

β'. Οἷσι ῥῖνες ὑγρότεραι φύσει, καὶ ἡ γονὴ ὑγροτέρη, ὑγιαίνουσι νοσηρότερον· οἷσι δὲ τἀναντία, ὑγιεινότερον.

γ'. Ἐν τῇσι μακρῇσι δυσεντερίῃσιν αἱ ἀποσιτίαι, κακόν· καὶ σὺν πυρετῷ, κάκιον.

δ'. Τὰ περιμάδηρα ἕλκεα, κακοήθεα.

ε'. Τῶν ὀδυνέων καὶ ἐν πλευρῇσι, καὶ ἐν στήθεσι καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι (μέρεσιν) ἢν μέγα διαφέρωσι, καταμαθητέον.

ς'. Τὰ νεφριτικὰ, καὶ ὁκόσα κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα, ἐργωδῶς ὑγιάζεται τοῖσι πρεσβύτῃσι.

ζ'. Τὰ ἀλγήματα τὰ κατὰ τὴν κοιλίην γινόμενα, τὰ μὲν μετέωρα, κουφότερα· τὰ δὲ μὴ μετέωρα, ἰσχυρότερα.

η'. Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι τὰ γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, οὐ ῥηϊδίως ὑγιάζεται.

θ'. Τὰ πλατέα ἐξανθήματα οὐ πάνυ τι κνησμώδεα.

ί. Κε

75. Icterici non admodum flatulenti ſunt.

## Sectio Sexta.

### I.

IN diuturnis inteſtinorum lævitatibus ructus acidus ſuperveniens, qui priùs non fuit, ſignum bonum.

2. Quibus nares naturâ humidiores, & genitura humidior, imperfectiùs ſani ſunt : quibus verò contraria, perfectiùs.

3. In longis dyſenteriis appetitus proſtratus, malum : & cum febre pejus.

4. Ulcera circum glabra, maligna.

5. Dolores & in lateribus, & in pectoribus, & in aliis (partibus,) ſi multùm differant, conſiderandum.

6. Renum & veſicæ dolores difficulter ſanantur in ſenibus.

7. Dolores qui in ventre fiunt, elevati quidem, leviores : non elevati verò, vehementiores.

8. Hydropicis ulcera in corpore orta, non facilè ſanantur.

9. Effloreſcentiæ latæ, non admodum pruriginoſæ.

ι'. Κεφαλὴν πονέοντι, καὶ περιωδυνέοντι, πύον, ἢ ὕδωρ, ἢ αἷμα ῥυὲν κατὰ τὰς ῥῖνας, ἢ κατὰ τὸ στόμα, ἢ κατὰ τὰ ὦτα, λύει τὸ νόσημα.

ια'. Τοῖσι μελαγχολικοῖσι, καὶ τοῖσι νεφριτικοῖσιν, αἱμοῤῥοΐδες ἐπιγινόμεναι, ἀγαθόν.

ιβ'. Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν.

ιγ'. Ὑπὸ λυγμοῦ ἐχομένῳ πταρμοὶ ἐπιγενόμενοι, λύουσι τὸν λυγμόν.

ιδ'. Ὑπὸ ὕδρωπος ἐχομένῳ, τοῦ κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κοιλίην ὕδατος ῥυέντος, λύσις.

ιε'. Ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένῳ μακρῆς, ἀπὸ ταυτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος, λύει διάῤῥοιαν.

ις'. Ὑπὸ πλευρίτιδος, ἢ ὑπὸ περιπλευμονίης ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, κακόν.

ιζ'. Ὀφθαλμιῶντα ὑπὸ διαῤῥοίης ληφθῆναι, ἀγαθόν.

ιη'. Κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν ἐντέρων τι τῶν λεπτῶν, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες.

ιθ'. Ἐπὴν διακοπῇ ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὔτε αὔξεται, οὔτε ξυμφύεται.

κ'. Ἢν ἐς τὴν κοιλίην αἷμα ἐκχυθῇ παρὰ φύσιν, ἀνάγκη ἐκπυηθῆναι.

κα'. Τοῖσι

10. Caput laboranti, & circumcirca dolenti, pus, aut aqua, aut ſanguis effluens per nares, aut per os, aut per aures, ſolvit morbum.

11. Melancholicis, & nephriticis, hæmorrhoides ſupervenientes, bonum.

12. Hæmorrhoïdas curanti diuturnas, niſi una ſervata fuerit, periculum *eſt* ne hydrops ſuperveniat, aut tabes.

13. A ſingultu detento ſternutationes ſupervenientes, ſolvunt ſingultum.

14. Ab hydrope detento, ſi aqua ſecundum venas in alvum fluxerit, ſolutio *fit*.

15. A diuturno alvi profluvio detento, ſponte ſuperveniens vomitus, alvi profluvium ſolvit.

16. A pleuritide, aut â peripneumoniâ detento alvi profluvium ſuperveniens, malum.

17. Ophthalmiâ laborantem ab alvi profluvio corripi, bonum.

18. Cui perſecta eſt veſica, aut cerebrum, aut cor, aut ſeptum tranſverſum, aut aliquod ex inteſtinis tenuibus, aut ventriculus, aut hepar, lethale.

19. Ubi diſſectum fuerit os, aut cartilago, aut nervus, aut genæ pars tenuis, aut præputium, neque augetur, neque coaleſcit.

20. Si in ventrem ſanguis effuſus fuerit prœter naturam, neceſſe *eſt* ſuppurari,

21. Inſa-

κα'. Τοῖσι μαινομένοισι, κιρσῶν, ἢ αἱμοῤῥοΐδων ἐπιγινομένων, τῆς μανίης λύσις.

κβ'. Ὁκόσα ῥήγματα ἐκ τοῦ νώτου ἐς τοὺς ἀγκῶνας καταβαίνει, φλεβοτομίη λύει.

κγ'. Ἢν φόβος καὶ δυσθυμίη πολὺν χρόνον διατελέῃ, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον.

κδ'. Ἐντέρων ἢν διακοπῇ τῶν λεπτῶν τι, οὐ ξυμφύεται.

κέ. Ἐρυσίπελας ἔξωθεν μὲν ἔσω τρέπεσθαι, οὐκ ἀγαθόν· ἔσωθεν δὲ ἔξω, ἀγαθόν.

κϛ'. Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι καύσοισι τρόμοι γένωνται, παρακοπὴ λύει.

κζ'. Ὁκόσοι ἔμπυοι, ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται, ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου ἢ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλωνται.

κή. Εὐνοῦχοι οὐ ποδαγριῶσιν, οὐδὲ φαλακροὶ γίγνονται.

κθ'. Γυνὴ οὐ ποδαγριᾷ, ἢν μὴ τὰ καταμήνια αὐτέῃ ἐκλίπῃ.

λ'. Παῖς οὐ ποδαγριᾷ, πρὸ τοῦ ἀφροδισιασμοῦ.

λά. Ὀδύνας ὀφθαλμῶν ἀκρητοποσίη, ἢ λουτρὸν ἢ πυρίη, ἢ φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη λύει.

λβ'. Τραυλοὶ ὑπὸ διαῤῥοίης μάλιστα ἁλίσκονται μακρῆς.

λγ'. Οἱ ὀξυρεγμιώδεες οὐ πάνυ τι πλευριτικοὶ γίγνονται.

λδ'. Ὁκό-

21. Inſanientibus, ſi varices, aut hæmorrhoïdes ſupervenerint, inſaniæ ſolutio *fit*.

22. Quæ ruptiones ex dorſo ad cubitos deſcendunt, venæſectio ſolvit.

23. Si metus & triſtitia multo tempore perſeverent, melancholicum hoc ipſum.

24. Si ex inteſtinis tenuibus aliquod diſſectum fuerit, non coaleſcit.

25. Eryſipelas foris quidem intrò verti, non bonum: intùs vero foràs, bonum.

26. Quibus in febre ardente tremores fiunt, delirium ſolvit.

27. Qui ſuppurati, aut hydropici uruntur, aut ſecantur, *hi* pure aut aquâ acervatim effluente, omninò moriuntur.

28. Eunuchi non laborant podagrâ, neque calvi fiunt.

29. Mulier non laborat podagrâ, niſi menſes ipſi defecerint.

30. Puer non laborat podagrâ, ante Veneris uſum.

31. Oculorum dolores meri potus, aut balneum, aut fomentum, aut venæſectio, aut purgatio ſolvit.

32. Balbi ab alvi profluvio maximè corripiuntur longo.

33. Acidum ructantes non admodum pleuritici fiunt.

λδ΄. Ὁκόσοι, φαλακροὶ, τουτέοισι κιρσοὶ μεγάλοι οὐ γίγνονται. ὁκόσοισι δ' ἂν φαλακροῖσιν ἐοῦσι κιρσοὶ ἐπιγένωνται, πάλιν οὗτοι γίγνονται δασέες.

λέ. Τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι βὴξ ἐπιγινομένη, κακόν.

λς΄. Δυσουρίην φλεβοτομίη λύει· τάμνειν δὲ τὰς εἴσω.

λζ΄. Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα γενέσθαι ἐν τῷ τραχήλῳ, ἀγαθόν· ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

λή. Ὁκόσοισι κρυπτοὶ καρκῖνοι γίγνονται, μὴ θεραπεύειν βέλτιον. θεραπευόμενοι γὰρ ἀπόλλυνται ταχέως. μὴ θεραπευόμενοι δὲ πλείω χρόνον διατελοῦσι.

λθ΄. Σπασμὸς γίνεται ἢ ὑπὸ πληρώσιος, ἢ κενώσιος. οὕτω δὲ καὶ λυγμός.

μ΄. Ὁκόσοισι περὶ τὸ ὑποχόνδριον πόνοι γίγνονται ἄτερ φλεγμονῆς, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγινόμενος λύει τὸν πόνον.

μά. Ὁκόσοισι διὰ πυόν τι ἐὸν ἐν τῷ σώματι μὴ διασημαίνει, τουτέοισι διὰ παχύτητα τοῦ πύου, ἢ τοῦ τόπου, οὐκ ἀποσημαίνει.

μβ΄. Ἐν τοῖσιν ἰκτεριώδεσι τὸ ἧπαρ σκληρὸν γενέσθαι, πονηρόν.

μγ΄. Ὁκόσοι σπληνώδεες ὑπὸ δυσεντερίης ἁλίσκονται, τουτέοισιν, ἐπιγινομένης μακρῆς τῆς δυσεντερίης, ὕδρωψ ἐπιγίνεται, ἢ λειεντερίη, καὶ ἀπόλλυνται.

μδ΄. Ὁκόσοισιν ἐκ στραγγουρίης εἰλεὸς ἐπιγίνεται, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγινομένου ἅλις τὸ οὖρον ῥυῇ.

με. Ἑλ-

34. Qui calvi *ſunt*, his varices magni non fiunt. Quibus verò dum ſunt calvi ſuperveniunt varices, hi rurſus capillati fiunt.

35. Hydropicis tuſſis ſuperveniens, malum.

36. Urinæ difficultatem venæſectio ſolvit: ſecandæ verò internæ.

37. Ab anginâ detento tumorem fieri in collo, bonum: foras enim morbus vertitur.

38. Quibus occulti cancri fiunt, *eos* non curare melius eſt. Curati enim citò pereunt. Non curati verò longius tempus perdurant.

39. Convulſio fit aut à repletione, aut evacuatione. Sic quidem etiam ſingultus.

40. Quibus ad hypochondrium dolores fiunt abſque inflammatione, his febris ſuperveniens ſolvit dolorem.

41. Quibus ſuppuratum quid in corpore exiſtens, nullum ſui ſignum prodit, his propter craſſitudinem puris, aut loci, ſignum non exhibet.

42. In ictericis hepar durum fieri, malum.

43. Qui lienoſi à dyſenteriâ corripiuntur, his longâ ſuperveniente dyſenteriâ, hydrops ſupervenit, aut inteſtinorum lævitas, & pereunt.

44. Quibus ex urinæ ſtillicidio volvulus ſupervenit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperveniente urina abundè fluxerit.

μέ. Ἕλκεα ὁκόσα ἐνιαύσια γίνεται, ἢ μακρότερον χρόνον ἴσχει, ἀνάγκη ὀστέον ἀφίστασθαι, καὶ τὰς οὐλὰς κοίλας γίνεσθαι.

μϛ'. Ὁκόσοι ὑβοὶ ἐξ ἄσθματος, ἢ βηχὸς γίνονται πρὸ τῆς ἥβης ἀπόλλυνται.

μζ'. Ὁκόσοισι φλεβοτομίη, ἢ φαρμακείη ξυμφέρει, τούτους προσήκει τοῦ ἦρος φλεβοτομεῖν, ἢ φαρμακεύειν.

μή. Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερίη ἐπιγενομένη ἀγαθόν.

μθ'. Ὁκόσα ποδαγρικὰ νοσήματα γίγνονται, ταῦτα ἀποφλεγμήναντα ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποκαθίσταται.

ν'. Ὁκόσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος διακοπῇ, τούτοισιν ἀνάγκη πυρετὸν, καὶ χολῆς ἔμετον ἐπιγίνεσθαι.

νά. Ὁκόσοισιν ὑγιαίνουσιν ὀδύναι γίγνονται ἐξαίφνης ἐν τῇ κεφαλῇ, καὶ παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ ῥέγχουσιν, ἀπόλλυνται ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν, ἢν μὴ πυρετὸς ἐπιλάβῃ.

νβ'. Σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ τὰς ὑποφάσιας τῶν ὀφθαλμῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν. ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται, ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων, τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαρροίης ἐόντι, ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα.

νγ'. Αἱ παραφροσύναι, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι· αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι.

νδ'. Ἐν

45. Ulcera quæcunque annua fiunt, aut longius tempus occupant, neceſſe eſt os abſcedere, & cicatrices cavas fieri.

46. Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi fiunt ante puberatem, pereunt.

47. Quibus venæſectio, aut purgatio conducit, his vere convenit venam ſecare, aut purgationem facere.

48. Lienoſis dyſenteria ſuperveniens, bonum.

49. Qui podagrici morbi fiunt, hi ſedatâ inflammatione in quadraginta diebus decedunt.

50. Quibus perſciſſum fuerit cerebrum, his neceſſe eſt febrem, & bilis vomitum ſupervenire.

51. Quibus ſanis dolores derepentè fiunt in capite, & ſtatim muti fiunt, ac ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.

52. Conſiderare verò etiam oportet oculorum ſubtùs apparentia in ſomnis. Si enim albi quid, palpebris commiſſis, ſubtùs appareat, cui *id* non ex alvi profluvio eſt, aut ex potione purgante, pravum ſignum, & valdè lethale.

53. Deliria, cum riſu quidem accidentia, ſecuriora; cum ſtudio verò, periculoſiora.

νδ'. Ἐν τοῖσιν ὀξέσι πάθεσι τοῖσι μετὰ πυρετοῦ, αἱ κλαυθμώδεες ἀναπνοαὶ, κακαί.

νε'. Τὰ ποδαγρικὰ τοῦ ἦρος, καὶ τοῦ φθινοπώρου κινέεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

νϛ'. Τοῖσι μελαγχολικοῖσι νοσήμασιν ἐς τάδε ἐπικίνδυνοι αἱ ἀποσκήψιες, ἢ ἀποπληξίην τοῦ σώματος, ἢ σπασμὸν, ἢ μανίην, ἢ τύφλωσιν σημαίνουσι.

νζ'. Ἀπόπληκτοι δὲ μάλιστα γίγνονται, ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ τεσσαράκοντα ἐτέων ἄχρις ἑξήκοντα.

νη'. Ἢν ἐπίπλοον ἐκπέσῃ, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

νθ'. Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης ἐξίσταται τὸ ἰσχίον, καὶ πάλιν ἐμπίπτει, τουτέοισι μύξαι ἐπιγίνονται.

ξ'. Ὁκόσοισιν ὑπὸ ἰσχιάδος ἐνοχλουμένοισι χρονίης τὸ ἰσχίον ἐξίσταται, τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος, καὶ χωλοῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν.

---

## Τμῆμα ἕβδομον.

Α'.

ΕΝ τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν.

β'. Ἐπὶ ὀστέῳ νοσέοντι σὰρξ πελιδνὴ, κακόν.

γ'. Ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ καὶ ὀφθαλμοὶ ἐρυθροὶ, κακόν.

δ'. Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν.

ε'. Ἐπὶ

54. In acutis affectionibus quæ cum febre *ſunt*, luctuoſæ reſpirationes, mala.

55. Podagrici *morbi* vere, & autumno moventur ut plurimùm.

56. Morbis melancholicis ad hæc periculoſi ſunt *humorum* decubitus, aut corporis ſiderationem, aut convulſionem, aut inſaniam, aut cæcitatem ſignificant.

57. Apoplectici autem fiunt maximè, ætate ab anno quadrageſimo uſque ad ſexageſimum.

58. Si omentum exciderit, neceſſe eſt putrefieri.

59. Quibus à diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, & rurſus incidit, his mucus innaſcitur.

60. Quibus à diuturno coxendicis morbo vexatis coxa excidit, his crus tabeſcit, & claudicant, niſi uſti fuerint.

---

## Sectio Septima.

I.

IN morbis acutis extremarum partium frigus, malum.

2. Ex oſſe ægrotante caro livida, malum.

3. A vomitu ſingultus, & oculi rubri, malum.

4. A ſudore horror, non bonum.

5. Ab

έ. Ἐπὶ μανίῃ δυσεντερίη, ἢ ὕδρωψ, ἢ ἔκστασις, ἀγαθόν.

ς'. Ἐπὶ νούσῳ πολυχρονίῃ, ἀποσιτίη, καὶ ἄκρητοι, ὑποχωρήσιες, κακόν.

ζ'. Ἐκ πολυποσίης ῥῖγος καὶ παραφροσύνη, κακόν.

ή. Ἐπὶ φύματος ἔσω ῥήξιος ἔκλυσις, ἔμετος, καὶ λειποψυχίη γίγνεται.

θ'. Ἐπὶ αἵματος ῥύσει παραφροσύνη, ἢ καὶ σπασμός, κακόν.

ί. Ἐπὶ εἰλεῷ ἔμετος, ἢ λύγξ, ἢ σπασμός, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

ιά. Ἐπὶ πλευρείτιδι περιπλευμονίη, κακόν.

ιβ'. Ἐπὶ περιπλευμονίῃ φρενῖτις, κακόν.

ιγ'. Ἐπὶ καύμασιν ἰσχυροῖσι σπασμὸς, ἢ τέτανος, κακόν.

ιδ'. Ἐπὶ πληγῇ ἐς τὴν κεφαλὴν ἔκπληξις, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

ιέ. Ἐπὶ αἵματος πτύσει πύου πτύσις, κακόν.

ις'. Ἐπὶ πύου πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις. ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

ιζ'. Ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λύγξ, κακόν.

ιή. Ἐπὶ ἀγρυπνίῃ σπασμὸς, ἢ παραφροσύνη, κακόν.

ιθ'. Ἐπὶ ὀστέου ψιλώσει ἐρυσίπελας, (κακόν.)

κ'. Ἐπὶ ἐρυσιπέλατι σηπεδὼν, ἢ ἐκπύησις, (κακόν.)

κά. Ἐπὶ

5. Ab inſaniâ dyſenteria, aut hydrops, aut mentis emotio, bonum.

6. In morbo diuturno appetitus proſtratus, & meracæ dejectiones, malum.

7. A multo potu rigor, & delirium, malum.

8. A tumoris intus ruptione, exſolutio, vomitus, & animi deliquium fit.

9. A ſanguinis fluxu delirium, aut etiam convulſio, malum.

10. Ab ileo vomitus, aut ſingultus, aut convulſio, aut delirium, malum.

11. A pleuritide peripneumonia, malum.

12. A peripneumonia phrenitis, malum.

13. Ab ardoribus vehementibus convulſio, aut tetanus, (*rigor*) malum.

14. A plagâ in caput, ſtupor, aut delirium, malum.

15. A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum.

16. A puris ſputo, tabes, & fluxus. *Poſtquam* verò ſputum retinetur, moriuntur.

17. Ab hepatis inflammatione ſingultus, malum.

18. A vigiliâ convulſio, aut delirium, malum.

19. Ab oſſis denudatione eryſipelas, (malum.)

20. Ab eryſipelate putredo, aut *ſuppuratio*, (malum.)

κά. Ἐπὶ ἰσχυρῷ σφυγμῷ ἐν τοῖσιν ἕλκεσιν αἱμοῤῥαγίη, (κακόν.)

κβ'. Ἐπὶ ὀδύνῃ πολυχρονίῃ τῶν περὶ τὴν κοιλίην, ἐκπύησις, (κακόν.)

κγ'. Ἐπὶ ἀκρήτῳ ὑποχωρήσει δυσεντερίη, (κακόν.)

κδ'. Ἐπὶ ὀστέυ διακοπῇ παραφροσύνη, ἢν κενεὸν λάβῃ.

κέ. Ἐκ φαρμακοποσίης σπασμὸς, θανατῶδες.

κς'. Ἐπὶ ὀδύνῃ ἰσχυρῇ τῶν περὶ τὴν κοιλίην, ἀκρωτηρίων ψύξις, κακόν.

κζ'. Γυναικὶ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ τεινεσμὸς ἐπιγινόμενος, ἐκτρῶσαι ποιέει.

κή. Ὅ, τι ἂν ὀστέον, ἢ χόνδρος, ἢ νεῦρον ἀποκοπῇ ἐν τῷ σώματι, οὔτε αὔξεται οὔτε ξυμφύεται.

κθ'. Ἢ ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ διάῤῥοια ἐπιγίνηται ἰσχυρὴ, λύει τὴν νοῦσον.

λ'. Ὁκόσοισιν ἀφρώδεα τὰ διαχωρήματα ἐν τῇσι διαῤῥοίῃσι, τυτέοισιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς φλέγμα καταῤῥέει.

λά. Ὁκόσοισι πυρέσσυσιν ἐν τοῖσιν οὔροισι κριμνώδεες αἱ ὑποστάσιες γίγνονται, μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην σημαίνουσιν.

λβ'. Ὁκόσοισι δὲ χολώδεες αἱ ὑποστάσιες, ἄνωθεν δὲ λεπταὶ, ὀξεῖαν ἀῤῥωστίην σημαίνει.

λγ'. Ὁκόσοισι δὲ διεστηκότα τὰ οὖρα γίγνεται, τυτέοισι ταραχὴ ἰσχυρὴ ἐν τῷ σώματί ἐστιν.

λδ'. Ὁκό-

21. A forti pulſu in ulceribus, ſanguinis eruptio, (malum.)

22. A dolore diuturno partium circa ventrem, ſuppuratio, (malum.)

23. A meracâ dejectione dyſenteria, (malum.)

24. Ab oſſe perſciſſo delirium, ſi in vacuum penetraverit.

25. A purgantis potione convulſio lethale.

26. A dolore vehementi partium, circa ventrem, extremarum frigus malum.

27. Mulieri in utero gerenti, teneſmus ſuperveniens, abortire facit.

28. Quodcunque os, aut cartilago, aut nervus in corpore diſſectus fuerit, neque augetur, neque coaleſcit.

29. Si à leucophlegmatiâ detento vehemens diarrhœa ſuperveniat, morbum ſolvit.

30. Quibus ſpumoſæ egeſtiones in alvi profluviis, his de capite pituita defluit.

31. Quibus febricitantibus, in urinis ſubſidentiæ fiunt craſſiori farinæ ſimiles, longam infirmitatem ſignificant.

32. Quibus autem климатbilioſæ ſubſidentiæ, ab initiò verò tenues, acutum morbum ſignificat.

33. Quibus autem urinæ diſtantes fiunt, iis vehemens eſt in corpore turbatio.

λδ'. Ὁκόσοισι δὲ ἐπὶ τοῖσιν οὔροισιν ἐφίστανται πομφόλυγες, νεφριτικὰ σημαίνουσι, καὶ μακρὴν τὴν ἀῤῥωστίην ἔσεσθαι.

λε'. Ὁκόσοισι δὲ λιπαρὴ ἡ ἐπίστασις καὶ ἀθρόη, τουτέοισι νεφριτικὸν, καὶ ὀξέα σημαίνει.

λϛ'. Ὁκόσοισι δὲ, νεφριτικοῖσιν ἐοῦσι, τὰ προειρημένα ξυμβαίνει σημεῖα, πόνοι τε περὶ τοὺς μύας τοὺς ῥαχιαίους γίνονται, ἢν μὲν περὶ τοὺς ἔξω τόπους γίνωνται, ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον ἔξω· ἢν δὲ μᾶλλον οἱ πόνοι πρὸς τοὺς εἴσω τόπους γίνωνται, καὶ τὸ ἀπόστημα προσδέχου ἐσόμενον μᾶλλον εἴσω.

λζ'. Ὁκόσοι αἷμα ἐμέουσιν, ἢν μὲν ἄνευ πυρετοῦ, σωτήριον· εἰ δὲ ξὺν πυρετῷ, κακόν. θεραπεύειν δὲ τοῖσι ψυκτικοῖσι, καὶ τοῖσι στυπτικοῖσι.

λη'. Καταῤῥοι ἐς τὴν ἄνω κοιλίην ἐκπυοῦνται ἐν ἡμέρῃσιν εἴκοσιν.

λθ'. Ἢν οὐρέῃ αἷμα καὶ θρόμβους, καὶ στραγγουρίην ἔχῃ, καὶ ὀδύνη ἐμπίπτῃ ἐς τὸ περίναιον καὶ τὸ ὑπογάστριον, καὶ τὸν κτένα, τὰ περὶ τὴν κύστιν νοσέειν σημαίνει.

μ'. Ἢν ἡ γλῶσσα ἐξαίφνης ἀκρατὴς γένηται, ἢ ἀπόπληκτόν τι τοῦ σώματος, μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτο γίγνεται.

μα'. Ἢν ὑπερκαθαιρομένων τῶν πρεσβυτέρων, λὺγξ ἐπιγένηται, οὐκ ἀγαθόν.

μβ'. Ἢν

34. Quibus verò, in urinis bullæ ſuperſtant, renum affectiones ſignificant, & longam fore invaletudinem.

35. Quibus autem pingue eſt & confertum quod ſupernatat, his *affectiones*, nephriticas, & acutas ſignificat.

36. Quibus verò nephriticis exiſtentibus, prædicta ſigna accidunt, & dolores circa muſculos ſpinales fiunt, ſi quidem ad loca exteriora fiunt, abſceſſum exſpecta futurum extrorſum. Si verò dolores fiant magis ad interna loca, etiam abſceſſum magis introrſum fore exſpecta.

37. Qui ſanguinem vomunt, ſi quidem ſine febre, ſalutare: ſi verò cum fcbre, malum. Curandum autem refrigerantibus, & adſtringentibus.

38. Deſtillationes in ventrem ſupernum, in viginti diebus ſuppurantur.

39. Si *quis* ſanguinem & grumos mingat, & ſtranguriam habeat, & dolor incidat ad perinæum, & imum ventrem, & pectinem, *partes* circa veſicam laborare ſignificat.

40. Si lingua ex improviſo impotens fiat, aut aliqua corporis pars ſiderata, melancholicum hoc ipſum fit.

41. Si ſenioribus nimium purgatis, ſingultus ſuperveniat, non bonum.

μβ'. Ἢν πυρετὸς μὴ ἀπὸ χολῆς ἔχῃ, ὕδατος πολλοῦ καὶ θερμοῦ καταχεομένου κατὰ τῆς κεφαλῆς, λύσις τοῦ πυρετοῦ γίνεται.

μγ'. Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίγνεται.

μδ'. Ὁκόσοι ἔμπυοι καίονται, ἢ τέμνονται, ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκόν, περιγίγνονται. ἢν δὲ ὕφαιμον, καὶ βορβορῶδες, καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται.

με'. Ὁκόσοι τὸ ἧπαρ διάπυον καίονται (ἢ τέμνονται,) ἢν μὲν τὸ πύον καθαρὸν ῥυῇ καὶ λευκὸν περιγίγνονται· ἐν χιτῶνι γὰρ τὸ πύον τουτέοισίν ἐστιν· ἢν δὲ οἷον ἀμόργη ῥυῇ ἀπόλλυνται.

μς'. Ὀδύνας ὀφθαλμῶν, ἄκρητον ποτίσας, καὶ λούσας πολλῷ θερμῷ, φλεβοτόμει.

μζ'. Ὑδρωπιῶντα ἢν βὴξ ἔχῃ, ἀνέλπιστός ἐστι.

μη'. Στραγγουρίην, καὶ δυσουρίην θώρηξις, καὶ φλεβοτομίη λύει. τάμνειν δὲ τὰς εἴσω (φλέβας.)

μθ'. Ὑπὸ κυνάγχης ἐχομένῳ οἴδημα καὶ ἐρύθημα ἐν τῷ στήθει ἐπιγινόμενον, ἀγαθόν. ἔξω γὰρ τρέπεται τὸ νόσημα.

ν'. Ὁκόσοισιν ἂν σφακελισθῇ ὁ ἐγκέφαλος, ἐν τρισὶν ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται· ἢν δὲ ταύτας διαφύγωσιν, ὑγιέες γίγνονται.

να'. Πταρμὸς γίνεται ἐκ τῆς κεφαλῆς διαθερμαινομένου τοῦ ἐγκεφάλου, ἢ διυγραινομένου τοῦ ἐν τῇ

κεφαλῇ

42. Si febris, *quæ* non *eſt* à bile, detineat, aquâ multâ, & calidâ in caput affuſâ, febris ſolutio fit.

43. Mulier ambidextra non fit.

44. Qui ſuppurati uruntur, aut ſecantur, ſi quidem purum effluat pus & album, evadunt. Si verò ſubcruentum, & cænoſum, ac graveolens, pereunt.

45. Qui *ad* hepar ſuppuratum uruntur (aut ſecantur,) ſi quidem purum effluat pus & album, ſuperſtites evadunt: ipſis enim pus eſt in tunicâ. Si verô effluat velut amurca, pereunt.

46. In doloribus oculorum, poſtquam merum bibendum dederis, & multâ calidâ laveris, venam ſecato.

47. Hydropicum ſi tuſſis habeat, deſperatus eſt.

48. Urinæ ſtillicidium, & urinæ difficultatem vini potus, & venæ ſectio ſolvit. Secandæ verò internæ (venæ.)

49. Ab anginâ detento tumor & rubor in pectore ſuperveniens, bonum: foras enim vertitur morbus.

50. Quibus cerebrum ſphacelo fuerit affectum, in tribus diebus pereunt: ſi verò hos effugerint, ſani fiunt.

51. Sternutatio fit ex capite, percalefacto cerebro, aut perhumectato, *quod eſt* in capite, vacuo. Aër enim qui intus eſt ſupra modum (i. e. *vi*) foras effunditur.

κεφαλῇ κενοῦ. ὑπερχεῖται γὰρ ὁ ἀὴρ ὁ ἐνεὼν ἔξω· ψοφεῖ δὲ, ὅτι διὰ στενοῦ ἡ διέξοδος αὐτῷ ἐστίν.

νβʹ. Ὁκόσοισιν ἧπαρ περιωδυνᾶται, τουτέοισι πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει τὴν ὀδύνην.

νγʹ. Ὁκόσοισι ξυμφέρει αἷμα ἀφαιρέεσθαι ἀπὸ τῶν φλεβῶν, τουτέους χρὴ ἦρος φλεβοτομέεσθαι.

νδʹ. Ὁκόσοισι μεταξὺ τῶν φρενῶν καὶ τῆς γαστρὸς φλέγμα ἀποκλείεται, καὶ ὀδύνην παρέχει, οὐκ ἔχον διέξοδον ἐς οὐδετέρην τῶν κοιλιῶν, τουτέοισι κατὰ τὰς φλέβας ἐς τὴν κύστιν τραπέντος τοῦ φλέγματος, λύσις γίγνεται τῆς νούσου.

νεʹ. Ὁκόσοισιν ἂν τὸ ἧπαρ ὕδατος πλησθὲν ἐς τὸ ἐπίπλοον ῥαγῇ, τουτέοισιν ἡ κοιλίη ὕδατος ἐμπίπλαται, καὶ ἀποθνήσκουσιν.

νϛʹ. Ἀλύκην, χάσμην, φρίκην, οἶνος ἴσος ἴσῳ πινόμενος, λύει (τὴν νοῦσον.)

νζʹ. Ὁκόσοισιν ἐν τῇ οὐρήθρῃ φῦμα γίνεται, τουτέοισι διαπυήσαντος καὶ ἐκραγέντος, λύεται ὁ πόνος.

νηʹ. Ὁκόσοισι δ' ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ ὑπό τινος προφάσιος, ἀνάγκη ἀφώνους γίνεσθαι παραχρῆμα.

(Ἢν ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ ὁ τράχηλος ἐπιστραφῇ, καὶ καταπίνειν μὴ δύνηται, οἰδήματος μὴ ἐόντος ἐν τῷ τραχήλῳ, θανάσιμον.)

νθʹ. Τοῖσι σώμασι τοῖσιν ὑγρὰς τὰς σάρκας ἔχουσι, δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν· λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα.

ξʹ. Ὅκου ἂν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ τὸ

σῶμα

ſunditur. Strepit autem, quia per anguſtum ipſi eſt tranſitus.

52. Quibus hepar circumcirca dolet, his febris ſuperveniens dolorem ſolvit.

53. Quibus ſanguinem de venis auferre conducit, his vere venam ſecare oportet.

54. Quibus inter ſeptum tranſverſum, & ventrem pituita excluditur, & dolorem exhibet, in neutrum ventrem habens tranſitum, his per venas in veſicam pituitâ verſâ, morbi ſolutio fit.

55. Quibus hepar aquâ repletum ad omentum eruperit, his venter aquâ impletur, & moriuntur.

56. Anxietatem, oſcitationem, horrorem, vinum par pari *aqua* potum, ſolvit (morbum.)

57. Quibus in urinariâ fiſtulâ tuberculum fit, his ſuppurato *eo* & perrupto, ſolvitur dolor.

58. Quibus cerebrum concuſſum fuerit ab aliquâ causâ, neceſſe *eſt eos* ſtatim mutos fieri.

(Si à febre detento collum invertatur, & deglutire non poſſit, tumore non exiſtente in collo, lethale.)

59. Corporibus humidas carnes habentibus, famem inducere oportet: fames enim ſiccat corpora.

60. Ubi in toto corpore mutationes, & corpus perfri-

σῶμα καταψύχηται, καὶ πάλιν θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταβάλλῃ, μῆκος νούσου σημαίνει.

ξα'. Ἱδρὼς πολὺς, θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ῥέων αἰεὶ, σημαίνει ἔχειν πλησμονὴν ὑγροῦ. ἀπάγειν οὖν χρὴ, τῷ μὲν ἰσχυρῷ, ἄνωθεν· τῷ δὲ ἀσθενεῖ, κάτωθεν.

ξβ'. Οἱ πυρετοὶ οἱ μὴ διαλείποντες, ἢν ἰσχυρότεροι διὰ τρίτης γένωνται, ἐπικίνδυνοι. ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπωσι, σημαίνει, ὅτι ἀκίνδυνοι.

ξγ'. Ὁκόσοισι πυρετοὶ μακροὶ, τουτέοισιν ἢ φύματα, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐγγίγνονται.

ξδ'. Ὁκόσοισι φύματα μακρὰ, ἢ ἐς τὰ ἄρθρα πόνοι ἐκ πυρετῶν γίγνονται, οὗτοι σιτίοισι πλείοσι χρέονται.

ξε'. Ἤν τις τῷ πυρέσσοντι τροφὴν διδῷ, τῷ μὲν ὑγιαίνοντι, ἰσχύς· τῷ δὲ κάμνοντι, νοῦσος.

ξς'. Τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα ὁρᾷν δεῖ, εἰ οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται. τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα. τὰ δ' ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά.

ξζ'. Καὶ οἷσι τὰ ὑποχωρήματα, ἢν ἐάσῃς στῆναι καὶ μὴ κινήσῃς, ὑφίσταται οἷον ξύσματα· καὶ ἢν ὀλίγα ᾖ, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίγνεται· ἢν δὲ πολλὰ, πολλή. τουτέοισι ξυμφέρει ὑποκαθῆραι τὴν κοιλίην. ἢν δὲ μὴ καθαρὴν ποιήσας διδῷς τὰ ῥοφήματα, ὁκόσῳ ἂν πλείω διδῷς, μᾶλλον βλάψεις.

ξη'. Ὁκόσα ἂν κάτω ὠμὰ διαχωρέῃ, ἀπὸ χολῆς μελαί-

perfrigeretur, & rurſus calefiat, aut color alius ex alio permutetur, longitudinem morbi ſignificat.

61. Sudor multus, calidus aut frigidus, ſemper fluens, humidi redundantiam habere ſignificat. Educere igitur oportet, robuſto quidem, ſupernè: debili verò, infernè.

62. Febres non intermittentes ſi per tertiam vehementiores fiant, periculoſæ. Quocunque autem modo intermittant, ſignificat, periculi *eſſe* expertes.

63. Quibus febres longæ ſunt, his aut tubercula, aut ad articulos dolores fiunt

64. Quibus tubercula diutina, aut ad articulos dolores ex febribus fiunt, hi cibis utuntur copioſoribus.

65. Si quis febricitanti cibum det, convaleſcenti quidem, robur: ægrotanti verò, morbus *fit*.

66. Per veſicam prodeuntia inſpicere oportet an *ſint* qualia ſanis prodeunt. Quæ igitur minimè his ſimilia, ea morboſiora. Sanis verò ſimilia, minimè morboſa.

67. Et quibus, egeſtiones, ſi ſtare permiſeris, & non moveris, ſubſident veluti ramenta: & ſi pauca fuerint, parvus ſit morbus: ſi verò multa, magnus. His confert alvum infernè purgari. Si autem non purgatâ alvo ſorbitiones dederis, quantò plures dederis, *eo* magis lædes.

68. Quæ cruda deorſum ſecedunt, ab atrâ

μελαίνης ἐστίν· ἢν πλείω, πλείων· ἢν ἐλάσσω, ἐλάσσων ἡ νοῦσος.

ξθ'. Αἱ ἀποχρέμψιες, αἱ ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τοῖσι μὴ διαλείπουσιν, αἱ πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες, καὶ χολώδεες, καὶ δυσώδεες, πᾶσαι κακαί. ἀποχωρέουσαι δὲ καλῶς, ἀγαθαί· καὶ κατὰ κοιλίην, καὶ κύστιν, καὶ ὅκου ἄν τι ἀποχωρέον στῇ μὴ κεκαθαρμένον, κακόν.

ό. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου τις βούλεται καθαίρεσθαι, εὔροα ποιέειν, κἢν μὲν ἄνω βούληται εὔροα ποιέειν, στῆσαι τὴν κοιλίην· ἢν δὲ κάτω, ὑγρῆναι.

οά. Ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα μᾶλλον τοῦ μετρίου γιγνόμενα, νοῦσος.

οβ'. Ἐν τοῖσι μὴ διαλείπουσι πυρετοῖσιν, ἢν τὰ μὲν ἔξω ψυχρὰ ᾖ, τὰ δὲ ἔσω καίηται, καὶ δίψαν ἔχῃ, θανάσιμον.

ογ'. Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ῥὶς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ὀφρὺς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ ἤδη ἀσθενὴς ἐὼν, ὅ, τι ἂν τουτέων γένηται, θανάσιμον.

οδ'. Ἐπὶ λευκῷ φλέγματι ὕδρωψ ἐπιγίγνεται.

οέ. Ἐπὶ διαῤῥοίῃ δυσεντερίη.

ος'. Ἐπὶ δυσεντερίῃ λειεντερίη (ἐπιγίνεται.)

οζ'. Ἐπὶ σφακελισμῷ ἀπόστασις ὀστέου.

οή. Ἐπὶ αἵματος ἐμέτῳ φθόη, καὶ τοῦ πύου κάθαρσις ἄνω.

(Ἐπὶ

ſunt bile: ſi plura, major: ſi pauciora, minor *eſt* morbus.

69. Exſcreationes, in febribus non intermittentibus, lividæ, & cruentæ, & bilioſæ, & graveolentes, omnes malæ *ſunt*. At ritè ſecedentes, bonæ. *Sic* etiam per alvum, & veſicam, & ubicunque quid ſecedens reſtiterit non purgatum, malum.

70. Corpora oportet, ubi quis purgare vult, facilè fluentia reddere. Et ſi quidem velit efficere facilè fluentia ſurſum, alvum ſiſtere: ſi verò deorſum, humectare.

71. Somnus, vigilia, utraque modum excedentia, morbus.

72. In non intermittentibus febribus, ſi externa quidem ſint frigida, interna verò urantur, & ſitim habeant, lethale.

73. In febre non intermittente, ſi labium, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium diſtorqueatur, ſi non videat, ſi non audiat jam debilis exiſtens: quicquid horum fiat, lethale.

74. Leucophlegmatiæ hydrops ſupervenit.

75. Ab alvi profluvio, dyſenteria.

76. A dyſenteriâ, inteſtinorum lævitas (ſupervenit.)

77. A ſphacelo abſceſſus oſſis.

78. A ſanguinis vomitu tabes, & puris purgatio ſurſum.

('Επὶ φθόῃ ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς. ἐπὶ τῷ ῥεύματι διάῤῥοια. ἐπὶ διαῤῥοίῃ σχέσις τῆς ἄνω καθάρσιος. ἐπὶ τῇ σχέσει θάνατος.)

('Επὶ αἵματος πτύσει, πύου πτύσις, καὶ ῥύσις ἐπὴν δὲ σίαλον ἴσχηται, ἀποθνήσκουσιν.

οθ'. Ὁκοῖα καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κύστιν, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κοιλίην ὑποχωρήμασι, καὶ ἐν τοῖσι κατὰ τὰς σάρκας, καὶ ἤν πη ἄλλῃ τῆς φύσιος ἐκβαίνῃ τὸ σῶμα· ἢν ὀλίγον, ὀλίγη ἡ νοῦσος γίγνεται· ἢν δὲ πολὺ, πολλή, ἢν πάνυ πολὺ, θανάσιμον τὸ τοιοῦτον.

---

'Αφορισμοὶ παρεμβεβλημένοι.

Τμῆμα ὄγδοον.

## Α'.

Ὁκόσοι ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἔτεα φρενιτικοὶ γίγνονται, οὐ πάνυ τι ὑγιάζονται. ἧσσον γὰρ κινδυνεύουσιν, οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, ἡ νοῦσος ᾖ.

β'. Ὁκόσοισιν ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσιν οἱ ὀφθαλμοὶ κατὰ προαίρεσιν δακρύουσιν, ἀγαθόν. ὁκόσοισι δὲ ἄνευ προαιρέσιος, κακόν.

γ'. Ὁκόσοισιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τεταρταίοισιν ἐοῦσιν αἷμα ἐκ τῶν ῥινῶν ῥυῇ, πονηρόν.

δ'. Ἱδρῶτες ἐν τῇσι κρισίμοισιν ἡμέρῃσι γιγνόμενοι

( A tabe, fluxus ex capite. A fluxu, alvi profluvium. Ab alvi profluvio, inhibitio purgationis ſurſum. Ab inhibitione, mors. )

( A ſanguinis ſputo, puris ſputum, & fluxio. Poſtquam autem ſputum inhibetur, moriuntur.)

79. Qualia etiam in his quæ per veſicam, & in his quæ per alvum *fiunt* egeſtionibus, & in his quæ per carnes, & ſicubi aliâ naturæ *via* corpus exeat: ſi parum, parvus morbus fit: ſi multum, magnus: ſi admodum multum, hoc ipſum lethale.

---

## APHORISMI *interjecti.*

### Sectio Octava.

### I.

QUi ſupra quadraginta annos phrenitici fiunt, non admodum ſanantur. Minùs enim periclitantur, quorum naturæ, & ætati morbus ſimilis fuerit.

2. Quibus, in infirmitatibus oculi ex propoſito (i. e. *ob cauſam*) lachrymantur, bonum. Quibus verò ſine causâ, malum.

3. Quibus in febribùs quartanis exiſtentibus ſanguis ex naribus fluxerit, malum.

4. Sudores in diebus criticis oborientes, vehementes

μενοι σφοδροὶ καὶ ταχέες, ἐπικίνδυνοι· καὶ οἱ ἀθρεόμενοι ἐκ τοῦ μετώπου, ὥσπερ σταλαγμοὶ καὶ κρουνοί, καὶ ψυχροὶ σφόδρα, καὶ πολλοί. ἀνάγκη γὰρ τὸν τοιοῦτον ἱδρῶτα πορεύεσθαι μετὰ βίης, καὶ πόνου ὑπερβολῆς, καὶ ἐκθλίψιος πολυχρονίου.

ε. Ἐπὶ χρονίῳ νουσήματι κοιλίης καταφορή, κακόν.

ς'. Ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται. ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται. ὅσα δὲ πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα.

ζ'. Φθίσιες μάλιστα γίγνονται ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν, μέχρι τριήκοντα καὶ πέντε.

η. Τὰ δὲ κατὰ φύσιν γιγνόμενα κατὰ φθίσιν, πάντα μὲν ἰσχυρά, τὰ δὲ καὶ θανατώδεα. δεύτερον δέ, ἣν μὲν ἐν τῇ ὥρῃ νοσέῃ, αὐτὴ ἡ ὥρη ξυμμαχεῖ τῇ νούσῳ, οἷον καύσῳ θέρος, ὑδρωπικῷ χειμών· ὑπερνικᾷ γὰρ τὸ φυσικόν· φοβερώτερον δὲ σπλήν.

θ'. Γλῶσσα μέλαινα καὶ αἱματώδης, εἴ τι τῶν τοιούτων σημείων ἄπεστι, μὴ σφόδρα κακόν· δηλοῖ γὰρ νοῦσον σμικροτέρην.

ι. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ὀξέσι σημειοῦσθαι χρή, ὁπότε μέλλει ἀποθνήσκειν, καὶ ὁπότε σωθήσεσθαι.

ια'. Ὄρχις δεξιὸς ψυχρὸς καὶ σπασμώδης, θανατῶδες.

ιβ'. Ὄνυχες μελανές, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν

καὶ

mentes & veloces, periculoſi: & qui expelluntur ex fronte, velut guttæ, & aquæ ſalientes, & frigidi valdè, ac multi. Neceſſe enim *eſt* talem ſudorem prodire cum violentiâ, & laboris exceſſu, & expreſſione diuturnâ.

5. Ex morbo diuturno alvi defluxus, malum.

6. Quæ medicamenta non ſanant, *ea* ferrum ſanat. Quæ ferrum non ſanat, *ea* ignis ſanat. Quæ verò ignis non ſanat, *ea* inſanabilia exiſtimare oportet.

7. Tabes maximè fiunt ab anno octavo decimo uſque ad quintum & triceſimum.

8. Quæ ſecundum naturam ad tabem diſpoſita *ſunt*, omnia quidem vehementia: quædam verò etiam lethalia. Secundum autem, ſi quidem in *eo* tempore ægrotet, *cum* tempus ipſum unà cum morbo impugnat, velut cum febre ardente æſtas, cum hydrope hyems. Natura enim longè ſuperior eſt: lieni verò plus affert timoris.

9. Lingua nigra atque cruenta, ſi quid horum ſignorum abeſt, non valdè malum: morbum enim minorem declarat.

10. Hæc igitur in febribus acutis notare oportet, quando *quis* moriturus ſit, & quando evaſurus.

11. Teſtis dexter frigidus & convulſus, lethale.

12. Ungues nigri, & digiti manuum & pedum frigidi,

καὶ ποδῶν ψυχροὶ, ξυνεσταλμένοι ἢ καθειμένοι, ἐγγὺς τὸν θάνατον δηλοῦσι.

ιγ'. Τὰ χείλη πελιδνὰ, ἢ καὶ ἀπολελυμένα, καὶ ἐξεστραμμένα, καὶ ψυχρὰ, θανατώδεα.

ιδ'. Τὰ ὦτα ψυχρὰ, διαφανέα, ξυνεσταλμένα, θανατώδεά εἰσι.

ιε'. Καὶ σκοτοδινιῶν, καὶ ἀποστρεφόμενος, καὶ ὕπνῳ καὶ καύματι πολλῷ κατεχόμενος ἀνέλπιστος.

ις'. Καὶ λυσσώων ἀτρέμα, καὶ ἀγνοέων, καὶ μηδὲ ἀκούων, μηδὲ ξυνιεὶς, θανατώδης.

ιζ'. Μέλλουσιν ἀποθνήσκειν ταῦτα σαφέστερα γίγνεται, καὶ αἱ κοιλίαι ἐπαίρονται, καὶ φυσῶνται.

ιη'. Ὅρος δὲ τοῦ θανάτου, ἐὰν τὸ τῆς ψυχῆς θερμὸν ἐπανέλθῃ ὑπὲρ τοῦ ὀμφαλοῦ εἰς τὸν ἄνω τῶν φρενῶν τόπον, καὶ συγκαυθῇ τὸ ὑγρὸν ἅπαν. ἐπειδὰν ὁ πλεύμων καὶ ἡ καρδία τὴν ἰκμάδα ἀποβάλλωσι, τοῦ θερμοῦ ἀθροῦντος ἐν τοῖσι θανατώδεσι τόποις, ἀποπνέει ἀθρόον τὸ πνεῦμα τοῦ θερμοῦ, ὅθεν περ ξυνέστη τὸ ὅλον ἐς τὸ ὅλον. πάλιν τὸ μὲν διὰ τῶν σαρκῶν, τὸ δὲ διὰ τῆς ἐν κεφαλῇ ἀναπνοῶν, ὅθεν τὸ ζῆν καλοῦμεν, ἀπολείπουσα ἡ ψυχὴ τὸ τοῦ σώματος σκῆνος, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ θνητὸν εἴδωλον, ἅμα καὶ χολῇ, καὶ αἵματι, καὶ φλέγματι, καὶ σαρκὶ, παρέδωκεν.

ΤΕΛΟΣ.

frigidi, contracti vel remiſſi, mortem in propinquo *eſſe* oſtendunt.

13. Labia livida, aut etiam reſoluta & inverſa, & frigida, lethalia.

14. Aures frigidæ, pellucidæ, contractæ, lethales ſunt.

15. Et tenebricosâ vertigine laborans, & *lucem* averſans, & ſomno ac ardore multo detentus, deſperatus.

16. Et qui in rabiem actus fuerit intrepidè, & non agnoſcit, & neque audit, neque intelligit, *jam* moribundus *eſt*.

17. Morituris *ſigna* hæc magis fiunt manifeſta, & ventres attolluntur, atque inflantur.

18. Terminus vero mortis *eſt*, ſi animæ calor ſupra umbilicum ad locum ſepto tranſverſo ſuperiorem aſcenderit, & omne humidum fuerit combuſtum. Poſtquam pulmo & cor humorem amiſerint, calore in mortiferis locis coacervato, caloris ſpiritus confertim exhalat, unde totum cum toto conſtitit. Rurſus partim quidem per carnes, partim verò per ſpiracula in capite, unde vivere dicimus, relinquens anima corporis tabernaculum, & frigidum, & mortale ſimulacrum, unà cum bile, & ſanguine, & pituitâ, & carne, deditione tradit.

FINIS.

NATIONAL LIBRARY OF SCOTLAND